

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus septimus de legibus, vel, de legumlatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

DIALOGVS SEPTI

MVS DE LEGIBVS,
VEL, DE LEGVM-
LATIONE.MARSILII FICINI
ARGVMENT.

REGREDITVR Plato in septimo rursum incomparabili diligentia ad prima etatis tenere rudimenta, imò verò progreditur. Nunquam enim, ut ita dixerim, ab hoc ipso digreditur, indicans totum reipub. bonum aut malum, in bonis aut malis moribus priuatorum, atque hos præterea omnes in bona vel mala etatis primæ educatione consistere. Præcipuè verò id efficit in primis statim libris, atque hoc iterum septimo, vtroque pictor diligentissimus. Sed ibi quidem adumbrando: hic verò, ut pictorum more dixerim, colorando. Rursus ibi eiusmodi diligentiam proximium legum vult haberi: hic verò figuram iure substantiam legum antecedentem. Leges enim scriptas fore irritas inquit, nisi eiusmodi præcesserit diligentia. Ibi præterea simul & hic post puerilem ad iuuenilem demceps atq; virilem progreditur disciplinam. Neque ab re post nonnullas sacrarum leges in superioribus ad nuptiales euestigio processit leges quasi sacras, ut diuini animalis ortum auspicaretur à sacris. Mox verò post conubia ad formandos pueros se accingit, nec natos tantum, sed & nascentes, imò etiam nascituros, non minus in hac ipse seminis humani cultura, sagax, prouidus & accuratus, quam in frugum seminibus agricultor. Quorsum verò spectare ceteros, quod ait in re muliebri multo plus discriminis esse, quam virili? Item mulieres abstinere à vino oportere qua nocte generandi sint filij, imò etiam & proximo præcedenti tempore, & toto conceptionis anno ab omnibus animi perturbantibus? Hac proculdubio eos spectant, ut nihil exactissimæ curæ ad humanam culturam spectantis prætermitatur. Annuaduerter aut ex his Platonem existimauisse, non virum tantum, sed etiam mulierem in filiis generandis vicem agentis causâ obtinere. A quo quauis quodammodo dissenferit Aristoteles, consenserunt tamen plurimi apud medicos probatissimi. Profecto si suum quisque opus diligit, proptereaq; puter filium diligit magis quam diligitur à filio, materq; ardentius quam pater amat natum, comestare licet causam esse vna cum viro huius operis effectricem. Quod quidem hinc etiam confirmari potest, quod filij non minus, ac sæpe etiam magis matribus similes sunt quam patribus. Similitudo verò tam propria tamq; frequens indicat factum substantiam non à patris tantum, sed matris etiam effectione suscipere. Omnis enim cuius conatus fertur ad simile producendum. Venique cui speciei eiusdem sit mas et femina, vires habent rationis eiusdem. Virique igitur effectices ad formam eiusdem ronis, & si non pari, similit saltem ratione perficiendam. Sed hæc ad leges minimè pertinent. Tangit insuper quæstionem de atra bile non paruam, cuius vitio infantes formidolosissimi, difficilesq; & queruli. De hoc ipso humore eiusq; curâ, in libro De curanda literatorum valetudine, diximus diligentius. Quantum verò ad præsens pertinet institutum, humorem in pueris melancholicum non ex constitutione propria esse scito, quæ quidem sanguinea est maximeq; aerea: sed ex reliquis quibusdam materni menstruiq; sanguinis in puero putrefactis, & adustione quadam in atram bilem deinde conuersis. Accedit ad pueriles formidines in causa, rerum nouitas, quæ quidem facit, ut & auditæ voces quasi tonitrus, & visæ formæ quasi larvæ & fulgura terreant. Ratio interea, quoniam nondum expergefacta, imagines à rebus ipsis nequaquam discernit: animam relinquunt imaginationi pro arbitrio concertandam. Ex hac ipsa formidine perpetuo dolent, querunturq; infantes. Præsertim cum facillime & à tractantibus offendantur, & ledantur ab aere, & ab agitatione naturæ plurimum in exordio laborantis agitentur ipsi atque vexentur. Quamobrem motu quodam feruè perpetuo atque numeroso in curandis infantibus adolescentibusq; vti iubet. Primo quidem quia motu geniti, seruatur & motu. Secundo quia eiusmodi motus vitæ moderata immoderate agitationi tum intrinsecus à natura, tum extrinsecus ab aere factæ resistimus. Tertio quoniam motus calorem excitat naturalem, corpusq; totum æque viuificat. Quarto nutrimentum concoquit digeritq; per membra. Quinto seruacua excrementa fecerunt. Sexto obstructa aperit: & adæquat humores. Septimo conducit ad augmentum. Octauo membra apta simul reddit & solida. Non solum verò moderatione quadam aqua

litatis, verumetiam numeri cuiusdam proportionem, motum nobis deportet congruere. De musica quidem potentia, multa in multis epistolis differimus. Nunc verò satis sit intelligere, si per ipsam sæpe in contraria, scilicet tum ad voluptatem, tum ad dolorem distribuitur animus, nimirum posse ab vtroque ad habitum quendam vtriusque medium sæpe redoci. Ac si à motu corporis in quietem, & vicissim à quiete in motum reuocatur animus atque prouocatur, certè posse quibusdam musicæ modulis à motu ordinis experte ad ordinatum, atque hinc ad stabilem habitum quandoque reduci. Quem quidem habitum & hic & in epistola ad Dionysium secunda inquit, & dei proprium esse, & humanæ vitæ tutissimum. Vtrum verò voluptas ac dolor in motione quadam consistant, & quo pacto desinantur, in libro De voluptate, et in Philebi Cōmentarijs latius disputamus. Satis in præsentia factum fuerit, si concludamus hunc in modum. Voluptates gustus & tactus in restitutione quadam in habitum corporis naturalem nasci videntur. Dolores verò contra, in casu quadam ex habitu naturali. Sive vtrunque euacuatione fiat, sive repletionem, sive motu, seu quiete vel alteratione aliqua qualitatis. Præterea voluptates odoratus, & auditus, & visus, in reditu quodam ad ordinem sensualem, à quo multis contingitibus quotidie deturbantur. Deinde voluptas imaginandi in regressione similiter ad ordinem imaginalem, à quo deicit perturbatio. Ordo verò tam imaginialis quæ in sensualem in quodam spirituum temperamento fundatur, cui quædam temperata similiter admoventur, sit voluptas in mutua quadam sensus imaginationisq; cum rebus, quæ influunt, congruitate resultans. Post hæc rationis letitia in reformatione quadam nascitur: per quam ratio quæ perturbatione corporea facta informis fuerat, vel deformis, formatur pro natura sua, atque reformatur. Denique mentis gaudium reformatione perficitur: per quam intellectuali quodam intuitu reformatur aliquando in ideam, à qua ceciderat ob negotiosam uitæ tumultum. Si inductionem hanc rectè consideraueris, videbis humanam voluptatem summam fieri in reditu quodam in habitum naturalem: neque tam reditus ipsius, quam habitus gratia fieri & optari. Igitur eiusmodi habitus si fieri possit, perpetuo firmus, maxime omnium est optandus. At cur cogitanti cuiuslibet occurrere videtur obstabilior oblectatio in motu perpetuo, quam status ille perpetuus? Quoriam fallit nos imaginatio & opinio animæ mobili conuulsa corpori, perq; conuulsionem eiusmodi voluptatem mobilem appetentem. Quam merito neglectura sit præ naturalis habitus firmitate, si quando posita fuerit supra motum. Si enim reuera gustarimus saporem ipsius habitus naturalis, extra quem in terris positi sumus, sicut motu ad ipsum vergentis saporem gustamus: proculdubio longo intervallo habitus regressioni præponeremus. Profecto quemadmodum oēs bonorum gradus, meliori modo se habent in ipsa stabili rone boni, quam in materia mobili: sic expetendorum omnium rationes in rone habitusq; eiusmodi potius quam in materia mobili collocantur. Per hæc probatum sit proprium dei diuiniq; gaudium in statu quodam consistere incomparabiliter motibus cunctis incandione. Quem quidem prudentes & ipsi debent eligere, & ceteris, præsertim iunioribus, adhibere. Præterea cunctis persuadere, voluptatem quæ sit ex motu, non solum breuem esse ac leuem molestiq; permixtam, sed etiam in multos & diuturnos nos ingentesq; dolores continuo prolabi. Distinguit aut numerosum motum per quem inconcinnos motus etatis tenere moderamur, in duo genera, in musicam scilicet & gymnasticam. Prima enim spiritum atque animum, secunda vero humores membraq; componimus. Sub nomine quidem musicæ non modo cantus & sonos, sed poesim etiam & quæ ad figurarum ordinem pertinent, comprehendit. Sub nomine verò gymnasticæ, motus oēs corporis in præludij ludijq; certaminum atque prælij. At choream saltationemq; ex vtriusque quodammodo mixtam intellige. Tum his omnibus quasi præludij infantibus, pueros, adolescentes, tam feminas pariter, quam mares ad officia & belli & pacis diligenter erudit: eiusmodi verò rudimenta patrias appellat leges, ac reipub. vincula. Quibus subditi quasi columnis tecla reipub. corruant. Iubet singula in his haud aliter fieri quam publicis regulis statuatur: iudicans à delictis eiusmodi, delicta omnia tandem in republica prouenire, atque ex mutabilitate ludorum iocorumq; & ornamentorum, mutationem quoque legum & reipub. proficisci. Notabis mutationem præterquam in malis, esse rerum omnium periculosissimam, adeo ut etiam si mutetur in melius, saltem ad tempus sit periculum subiturus. Inter hæc sacrificium in ludis ait djs & deorum filijs, atque demombus. Demombus inquam puris, ut deorum filijs nos concilient. Deorum verò filijs, ut deos nobis propitios reddant. Djs denique, quo summi Dei munibus nos reddant paratiores. Sic vtiq; prisca consuevit religio, quemadmodum de sphaera in sphaeram gradatim corpore pertransitur & visu, sic de propinquis nymibus ad remotiora demceps suo

quodam ordine progredi in omnibus, id præcipue venerans, quod splendorem summi præcipue refert. Neque vero ego nunc, vel de civili, imò plebea, vel de poetica, imò vero insana superstitione loquor, sed de philosophico diuinorum cultu à priscis sapientibus, prout cognitus vniuersi ordo dielauerat, instituto. Quem solum vbiq; commendat Plato, reliquos duos reuera deridens. Et vbi duos tantum commemorat, id est deos deorumq; filios, demones & heroes intelligit filios. Vbi vero connumerat deos, & deorum filios & demones, intelligit deos numina super sphaeras, filios numina in sphaeris, demones numina infra sphaeras. Post hæc vbi legitimorum ludorum disciplinam commendat, ludos inquit studiorum gratia potius quam contra, esse constituendos. Addit, res humanas si comparentur ad diuinas, nullo studio dignas esse. nulla existimatione, nulloq; amore, nec tanquam serias, sed tanquam nugas esse censendas. Sin autem ad naturales, magni faciendas esse consentit. Tum optimum ait homini contigisse, ut ingenium sortitus sit aptum ludis, & deditum: scilicet tum ad laboriose vite solamen, tum ad disciplinam paulatim per ludos congruos comparandam. Quod vero anima per varias viuendi formas circuitum, quasi chorea ludens efficiat, id vniuerso optimum esse putant. Rursus vniuersa quoque natura anime, videlicet ut quacunq; in eius potentia lateat, vicissitudine quadam educantur in lucem. At cur non dicit cetera quoque animalia ludos esse deorum? Quoniam nec adeo dijs familiaria sunt, ut cum his illi ludant. Nec comparantur ad deos, utpote quæ seipsa Deo non comparant, neque diuina aliquando metiuntur, unde cogantur de illis sicuti nos mentiri. Et profecto si dei ridere sit, humanum rideat ludum conantem immensa metiri. Considerabis hic Platonis verba eiusmodi, scilicet, ea quæ ab aurora ad hanc horam non sine quadam deorum inspiratione narrauimus, poesi quodammodo similia mihi videntur. In his significat omnia eius scripta in eam vsque diem, id est senum, esse quodammodo diuinitus inspirata, atque poetica figura disposita, ut sint allegorice plurimum exponenda. Idem quoque inuoluit statim post exordium Phædræ, ut sciamus, & quæ in adulescentia, & quæ in ultimo composuit sentio, poesi maxime redolere. Ob id in epistolis ait, mentem suam vel a nullo, vel à quam paucissimis, & vix tandem & quadam vaticini sagacitate posse comprehendere. Præterea contemplare hic quam diligenter Plato efficiendæ colibeat pueritiam, quantum somnolentiam quidem detestatur, commendat vero vigiliam, quam opportune sua cuiusque ætatis disponat officia, iubens inter ludendum primo quidem tradi literas. Deinde musicam. Tertio gymnasticam. Quarto arithmeticam. Quinto geometriam. Sexto astronomiam. In septimo vero loco dialecticam, id est metaphysicam, collocat in fine legum atque reipublicæ. Quoniam vero dicit Deum cum diuina quidem necessitate pugnare nunquam, cum humana vero pugnare, distingue necessitatem alteram quidem esse in ipso naturali rerum ordine ita ut est diuinitus instituto, ut res tales sint & tot & tantæ, sic agant, sic moueantur, hæc præcedant, hæc comitentur, illæ sequantur, aliæ simul sint, aliæ vero seorsum, atque ut sunt, ita quoque sint iudicandæ. Alteram vero necessitatem in casu quodam ab ordine naturali, vbi vel deforme, vel monstruosum, vel disidens dissolutumq; videtur. Cum prima necessitate non pugnat Deus. Eius enim præcipua voluntate necessitas eiusmodi constat. Sed nunquid pugnat cum altera? Certè nusquam pugnat Deus. quid enim repugnet omnipotenti? Verum tamen ob id quasi pugnare fingitur, quod hæc à diuina similitudine prolapsa longius in dissimilam Deo cadit deformitatem, quasi iam rebellantem, sed à Deo interim quasi repugnante atque expugnante miris modis in ordinem quandoque redactam. Anmaduerte post hæc non parui momenti dictum, Non est pessimum rerum omnium imperitia. Imò vero pessimum est multarum rerum peritia acquisita male. Ac si præcedentem quoque sententiam animaduertes, quæ hominem cognominat & Deum & demonem atque herocem, cognosces qua ratione exponi possit Plato, vbi animam inquit humanam in varias species pertransire, sed hoc in theologia latius. Proinde vbi ad doctrinas mathematicas iuuenes adhortatur, reprehendit Græcos, quod in geometria & astronomia oēs errauerint. In geometria quidem, quod dimensionem quamlibet cum qualibet commensurabilem esse putauerint. Quod quidem non posse fieri primum apud Barbaros est inuentum. In astronomia quoque quod errare planetas dixerint, cum tamen in diuinis nullus sit error. Item motum velocissimorum, tardissimum nominauerint, tardissimorumq; velocissimum. Mentiri vero contra deorum dignitatem per ignorantiam natam ex negligentia, iudicat non stultum solummodo, sed prophanum. Sed damnat plurimum Græcorum errorem contra diuinam providentiæ voluntatem, dicentium non esse inuestigandū ipsum auctorem mundi Deum, mundi; ipsius originem, nec eorum quæ in mundo sunt causam, quasi inuestigatio hæc non pertineat ad pietatem: cum tamen maxime omnium pia sit, utpote præcipue cum diuina voluntate consentiens, quæ & vniuersum eo discessit ordine, qui ad inuestigationem eiusmodi semper alliceret, & mentem ipsam inuestigationis huius auidissimam procreauit. Platonem vero ipsum ex existimare verissimam pietatem præcipue in vniuersi dei cultu sitam esse, probauimus alias, & per superiora eius verba in præsentia confirmamus. Nam & si in plurali numero sepe ait deos colendos esse, concludit tandem numero singulari, & singulari cultu Deum ipsum esse omni beato studio dignum. Præterea in antecedentibus, iudices creaturus congregauit magistratus omnes in templo & in ipso anni principio. Principium vero ab æstiuo fecit solstitio. Neque te turbet, quod in calendis proxime solstitium sequentibus. Id enim certioris apud populum principij gratia dictum puta, verum autem initium apud eum in ipso proprie solstitio fieri. Quod quidem allegorice sic exponatur, ut quando solis lumen, id est, dei lumen relictus vberiusq; à nobis accipitur, tunc reuera sit principium viuendi & cogitandi atque iudicandi, et huius vniuersi gratia cuncti simul in vno templo, id est, vna religione colant quicquid colant. Lumen vero solis in libro de Republica inquit, vniuersi omnium patris imaginem esse, & quasi simulacrum eius in mundano hoc templo à patre omnium collocatum. Quid plura? Vnum Deum in primis adorandum, cuius gratia cetera numina sint colenda, alibi sepe docet, atque in epistola ad Dionysium, rursusq; ad Hermiam, & in Parmenide qui totus agit de vno, & in Timæo qui omnia producit ab vno & in Philebo qui omnia metitur vno, & in Epinomide qui omnia reducit ad vnum, manifestè demonstrat.



ATIS igitur de liberis tam masculis, quam feminis, de ipsorum educatione & disciplina post hæc nobis est dicendum. Quam omnino silentio præterire, impossibile est, ac si dicatur, mentioni cuidam doctrinæ potius quam legibus congrua videatur. Quæ enim priuatum & per singulas domos tum multa, tum parua & occulta quotidie fiunt, cum facile ex voluptate, dolore, & cupiditate singulorum præter legumlatoris consilium agantur, varios & dissimiles mores ciuium reddunt. quæ res ciuitatibus officit. Quum vero parua & frequentia sint, singulis multa imposita, ea legum positione vetare non satis honestum esset atque decorum. Quinetiam scriptis legibus derogaret, cum in paruis & multis ad contemnendas leges homines consuescerent. Quapropter & leges de his scribere difficile est, & silere impossibile. Sed conabor ostendendo quasi digito, quæ dico in lucem efferre. nunc enim obscurus dicta videntur. CL. Vera loqueris. ATH. Jam vero rectè aliis dictum est, existimandum esse, rectam educationem posse & corpus & animum quam pulcherrima & optima reddere. CL. Ita est. ATH. Corpora vero pulcherrima simpliciter ea fore censeo, quæ rectissima in tenera ætate concresecunt. CL. Certè. ATH. Quid illud? Nonne intelligimus quam maximum atque plurimum incrementi primi progressum in omnibus animalibus esse? adeo ut contendendi ansas multis præbuerint, corpora humana à primis quinque annis in reliquis viginti in duplum non crescere. CL. Vera narras. ATH. Quando sine multis moderatisq; laboribus incrementum influit plurimum, an non multa hinc mala corporibus innascuntur. CL. Omnino. ATH. Pluribus ergo laboribus ipsis tunc opus est, quando summopere affluit nutrimentum. CL. Quid ais hospes? Nunquid statim natis & teneris pueris labores plurimos afferremus? ATH. Non his primis, sed prius etiam illis qui adhuc in vtero matris aluntur. CL. Quo vir optime faciendum id iubes? Num y qui adhuc in vtero parentis geruntur, laborant? ATH.

De educatione liberorum.

ATH. Certè. Nec sanè mirum est si vos exercitationem tantillè atatis ignoratis, quam vobis licet videatur absurda, cupio aperire. CL. Omnino. ATH. Apud nos quidem huiusmodi quiddam magis intelligi potest: propterea quòd ibi nonnulli in ludis quibusdam magis quam de cet, versantur. Nam apud nos non pueri solum, verum etiam seniores aliqui auium pullos alunt, & ad mutuam inter ipsas aues pugnam exercent: ac longè absunt, ut labores in quibus ipsas exercentes agitant, moderatos ipsis putent: sed ad hæc minores in manibus, maiores sub vlna capientes, non sua, sed harum auium bonæ habitudinis gratia per multa stadia gradiuntur. In quo sanè homini intelligenti compositi significant, corporibus omnibus motum agitationemq; non laboriosam prodesse, siue à seipsis, siue in vehiculis, seu naue, siue aquis, siue quomodocumq; aliter moueantur. Et propter hæc ciborū potusq; alimentum superantia, sanitatem, pulchritudinem, & vires nobis præbere possunt. Quæ cū ita se habeant, quid post hæc faciendum censemus? Vultisne cū risu verba faciamus, leges ponentes, ut prægnans deambulet: & natus quasi cera fingatur, quādiu tener est, ac ad biennium vsq; institis adstringatur? Nutrices præterea per leges imposita multa cogamus ut vel ad agros, vel ad templa, vel aliò ad suos, donec per se stare possint, pueros perfe-rant? Ac èt cū stare cæperint, ne ponderis violentia membra propter mollitiè distorqueantur, gestent adhuc, quousq; triennium infantes exegerint? Sint aut robusta quoad fieri potest nutrices, nec vna solū, sed plures. Et in singulis pœnā nisi fiant, scriptis legibus imponamus? Vel nullo modo sic agamus? Quod .n. modò diximus, abundè nobis accideret. CL. Quidnam? ATH. Risum profectò in nos ingentè prouocaremus. Nā mores nutrientiū muliebres atq; seruales nobis obtemperare nollent. CL. Cuius gratia igitur dicenda hæc putauimus? ATH. Quia do-mini & liberi ciuium animi, forsità cū hæc audierint, probè intelligent, quod nisi priuata rectè administrantur in ciuitate, frustra res cōmunes sperat quis firmitatē aliquam in legibus habituras: atq; hæc intelligentes his q; modò diximus, tanquā legibus quibusdā videntur: quorum vsu, & familia & resp. benè gubernata feliciter viuunt. CL. Valde consentaneum est quod dixisti. ATH. Ne desinamus ergò ab hmōi legumlatione antè, quam aīorum quog; studia quæ ad teneros admodum pueros pertinent, describamus: & ita simili quog; modò, ut de corporibus incepimus, sermonem absoluamus. CL. Rectè mirum. ATH. Hoc igitur tanquam elementum ad v-triusq; tam animi quam corporis infantium cultum accipiamus, perpetuam die nocteq; nutritionem agitationemq; adhibitam, omnibus quidem conferre, maximè vero teneris, ut si fieri possit, sic habitent quasi perpetuò nauigarent. Quoniam autem fieri nequit, quam proximè ad hoc in curandis infantibus accedendum. Quod autem fieri oporteat, coniectare hinc licet, quòd periculo tam puerorum nutrices quàm quæ remedijs Cor-rybantur dant operam, id esse vile cognouerunt. Quandocumque enim dormire pueros ad somnum tardiores matres cupiunt, non quiete hoc, neque silentio, sed contrarijs faciunt. In vlnis enim portant agitationemq; semper, & illos vocis modulatione tanquam tibicini quodam mulcent. Et quemadmodum in debacchationum

furentium remedijs fit, huiusmodi agitationis chorea misa q; vtuntur. CL. Quæ nam horum potissimum causa nobis est hospes? ATH. Non est valde difficilis cognitu. CL. Quo pacto? ATH. Vtræq; hæc passiones in metuendo consistunt: sunt .n. formidines quedam, propter malum aliquem animi habitum. Quando igitur ab exterioribus aliquis ad hos affectus agitationem infert, vincit exterior motus interiorem illum terribilem atque furiosum. Cumq; vicerit, tranquillam animo præstat quietem, saltu cordis aliquantisper sedato: atq; ita alijs inducit somnum, alios vigilantes per tibiā & tripudium, cum auxilio deorum quibus supplices litabant, à furioso affectu ad sanæ mentis habitum reuocat. Atq; hæc ut orationis huius breuitas fert, rationem aliquam probabilem habent. CL. Omnino. ATH. Si hæc igitur talem aliquam vim habent, hoc præterea cogitandum, animum omnem ab infantia in metu nutritum, magis vig. quous ferri per formidinem consuescere. Nec cuiquam dubium est, quin ad timiditatem ista, non ad fortitudinem exercitatio sit. CL. Ita prorsus. ATH. Contrà vero eum ad fortitudinē exercitari dicemus, qui à tenera atate metus terroresq; omnes vincere consuescit. CL. Scitè. ATH. Vnū igitur hoc ad virtutis animi partem summopere conferre dicamus, exercitationem videlicet infantium quæ in motibus fit. CL. Maximè. ATH. Atqui facilitas animi vel morositas, non parum momenti habent ad bonitatem animi vel prauitatem. CL. Est ita. ATH. Est aut à nobis pro facultate dicendum, quo pacto vtrumuis horum infantium statim animo innascatur. CL. Planè. ATH. Nobis profectò videntur delicia, difficiles, morosos, iracundos, & leni de causa excitabundos iuuenum mores efficerè. Contrà vero, nimia seruitus atrox, cū abiectos & illiberales & humana perosos facit, ad humanā consuetudinem ineptissimos reddere. CL. Quomodo autem ciuitas vniuersa infantes qui nondum voces intelligunt, nec disciplinam aliam gustare possunt, ut iubet, erudiet? ATH. Sic planè. Omne animal statim natum voce & clamore vti solet. Nec minus hominum genus, quod præ cæteris ad clamorem addit ploratum. CL. Sic est. ATH. Nutrices ergò quid infantes cupiant, volentes cognoscere, quod appeti credunt offerunt: si tacent, rectè: si clamant flentq;, non rectè se obtulisse his signis conijciunt. Argumenta sanè in infantibus quas res ament, quas oderint, clamor fletusq; sunt, signa minimè fortunata. Huius rei tempus triennio minus non est, quod spatium non est parua vitæ particula ad eam rectè vel contrà ducendam, si ipsum rectè, vel contrà ducitur. CL. In. Rectè. ATH. Nonne videtur vobis difficilis homo, nec vllò modo tranquillus, esse etiam querulus atq; gemebundus vltra quàm bonum virum deceat? CL. Mihi quidè. ATH. Siquis omni ratione pro viribus conetur, ut in hoc trienio puer quàm minimum dolore, metu, tristitiāq; afficiatur, nonne pueri animus pacatior tranquilliorq; reddetur? CL. Perspicuum est hospes, multoq; etiam magis, si quis eum in multis voluptatibus educarit. ATH. Hoc ego tibi non concedam, o mirificè Clinia. Nam talis educatio cū in principio statim adhibeatur, omnium maxima perniciēs est. Videamus igitur an quicquam dicamus. CL. Dic. quid ais? ATH. De re non parua à nobis agi nunc assero. Attende & tu Megille, ac sn̄ as

Exercitatio infantii cōfert ad virtutem capessendam.

Delicia in animis puerorum.

Vtriusq; dijudica. Mea quidem ratio, rectam vitam cēset nec voluptates sequi oīno, nec fugere omnino dolores debere, sed medium potius illum habitum sequi, quem et ipse modo tranquillitatem vocabam, & oēs dei propriū esse, diuino quodam oraculo rectē conijcentes fatemur. Hunc habitum sequi debet quisquis hominum diuinus est futurus, adeo ut nec ipse ad voluptates oīno procliu sit, alioquin procul a dolore non erit, nec alium quenquam siue semen, siue iuuenem, aut masculum, aut feminam indulgere voluptatibus patiatur, minimeq; omnium statim natos infantes. firmisimū. n. tunc omnibus mores omnes propter consuetudinem innascuntur. Ego verò nisi vererem ne forte iocari vobis videar, dicerem vtrq;, grauidas etiam mulieres maxime omnium illo anno ita regēdas esse, ut nec ad voluptates multas furiosasq; ferantur, neq; doloribus agitentur: sed tranquillam pacatamq; & mitem vitam agant. c. l. Non opus est hospes ut Megilum interroges, uter nostrum rectius sit locutus. Ego n. assentior tibi merae voluptatis meriq; doloris vitam fugiendam omnibus esse, & mediam quandam semper tenendam. Quare & dixisti recte atq; audisti. A. T. H. Recte nimium Clinia. Sed illud ad hac simul oēs tres cogitemus. c. l. Quidnam? A. T. H. Quod qua dicuntur a nobis, ea leges non scripta, à multis appellantur, nec alia sunt qua leges patrie nominantur, quam hmoi omnia. Atq; quod paulo ante tetigimus, nec leges hac esse vocanda, neq; silentio pratereunda, probe dictum est. Hac enim totius reip. vincula sunt, mediumq; tenet inter scriptas scribendasq; leges, videlicet tanquam prima priscasq; omnino institutiones. Hac si probe posita sint, seq; in eis homines recte assuefecerint, conscriptas leges stultis salutate tutantur. Sin contra factum sit, contra continget: quemadmodum in aedificijs accidit, vbi si aedium sustentacula subtracta de medio fuerint, concidere omnia cogunt, aliaq; ex alijs deici, & q; bene superstructa sunt, dirutus prioribus corruunt. Atq; hac quidem cogitantes nouam hanc tuam ciuitatem, o Clinia, vndiq; vincere debemus, nihilò prorsus relicto quoad fieri potest, quod vel ad leges, vel ad mores, vel studia pertineat. his n. omnibus ciuitas neclitur. Alterum verò istorum sine altero permanere non potest. Quare non est mirandum, si q; nobis multa simul & parua legitime videntur instituenda velut consuetudines confluentia longiores leges efficiunt. c. l. Recte tu quidem, & nos similiter cogitauimus. A. T. H. Si quis igitur ad eum qui tres agit annos colendum seu masculum, siue feminā hac diligenter adhibeat, ac sedulo suprascriptis utatur, non paruum afferent nuper enutritis vtilitatem. Atq; id ingenio eorum qui tres & qui quattuor & quinque & sex agunt annos conueniens erit, à quibus delicia remouenda sunt, & castigatio sine contemptu adhibenda. Caterum quemadmodū seruos diximus castigare sine contumelia oportere, ne in iracundiam efferantur: castigare tamen omnino, ne nimium deliciosi reddantur: ita & liberos volumus. Horum ludi quidam sunt ipsis quodammodo naturales: ad quos quādo conueniūt, sponte feruntur. Congregandi hi pueri sunt à trienio ad sex vsq; annos, singuli in sua tribus solēnitate: quorū & adhuc tantillorū nutrices modeste iā incontinentiamq; obseruent, & cuiq; ceteri nutricibusq; vna qdam prae sit de mulieribus duodecim annuo tē

pore imperatura, prout legum custodes ordinauerint. has deligant mulieres nuptiarum curatrices, ex quaq; tribu vnam aetate ipsis aequales. Quae ad hunc magistratū assumpta est, ita se gerat ut in sacrum quotidie proficiatur, semperq; iniuriantem puniat. Seruum quidem & seruam, peregrinum & peregrinam ipsa per vrbanos quosdā ministros: ciuem aut, cuius ai aduersio in controuersa sit, ad adiliū trahat iudicium: de qua aut non sit controuersa, puniat ipsa. Post annorum sex aetate femina à maribus discernantur, pueriq; deinceps cū aequalibus maribus, & puella cū feminis aequalibus conuersentur. Et ad scientias vtriq; se vertant. Mares quidem ad magistrōs equorum, arcuū, telorū, & funda: femina quoq; ad eadem si concedatur, vsq; ad scientiam tantum, & maxime ad armorum vsum. Quo pacto autē nunc in his se res habeat, penē ab oibus ignoratur. c. l. Quid ais? A. T. H. Quod videlicet dextera à sinistra, quo ad manus pertinet, differre iam videntur in singulis operationibus natura. Pedes n. inferioresq; partes ad opera nihilo differre videntur. Manibus aut matrum nutricumq; simul ignorantia quasi claudi facti sumus. Nam quum natura ferē ad vtrāq; partem aequē se habeat, ipsi per consuetudinē non recte videntes, differētiam fecimus. Et certe in quibusdā parū id refert. Nihil n. interest ad vitam, si lyra in sinistra sit, in dextera plectrū, in ceterisq; hmoi similiter. Quorum exemplo idem in reliquis oibus non facere, dementia est. Hac ita esse lex Scybarum ostendit. Non n. sinistra solum arcū, dextera sagittam tenent, sed vtriusq; similiter ad vtrūq; vntur. Multa exempla hmoi in aurigarum aliorumq; operibus reperuntur. Ex quibus intelligere licet eos qui dextris sinistra imbecilliora reddunt, prater naturam id facere. Quae res, ut diximus, in corneis plectris, instrumentisq; talibus impedimento non est. Sed permultū interest, quādo in pugna ferro, arcu, hasta, ceterisq; hmoi vti necesse est, plurimum aut quando armis arma pelluntur. Differt aut multum qui didicit, ab eo qui non didicit: & exercitatus, ab eo qui minimē exercitatus est. Nā quem admodū qui aut in pugili certamine, aut lucta, aut vtroq; simul perfectē se exercuit, potis est congrēdi à sinistra, & p̄stō se accommodat, quando ad partem alteram transferre cogitur: id ipsum arbitror in armis ac ceteris rebus rectissimū esse. Quare oportet si duo quādam quis possidet, quibus se defendat, & alios cadat: ut nihil horum pro viribus otiosum in exercitatumq; relinquat. Et si quis Geryonis aut Briarei naturam habeat, quum centimanus sit, centum oportet ab eo iacula mitti posse. Horum omnium curam habeant principes, tam mulieres quā viri: & mulieres quidē ludos alimentisq; considerent: viri aut disciplinas, ut omnes prae dibus manibusq; vtrinq; aequē potentes facti, per consuetudinē natura non noceant. Disciplina verò duplici vti conuenit: & corporis quidē, gymnasticam: animi, musicam vocari. Sed gymnastica rursus est duplex, saltatio & luctatio. Saltatio quoq; alia musae verba imitatur, magnificentiā ipsius libertatemq; obseruans: alia bona habitudinis, lenitatis & formae tū corporis ipsius, tū partū mēbrorumq; eius gratia, ap̄te flectit tenditq; singula: ita ut sufficiter motus harmonicus diffundatur, consequaturq; vniuersum saltationis ordinem. Luctationis aut genera illa q

Et vtriusq; dijudica. Mea quidem ratio, rectam vitam cēset nec voluptates sequi oīno, nec fugere omnino dolores debere, sed medium potius illum habitum sequi, quem et ipse modo tranquillitatem vocabam, & oēs dei propriū esse, diuino quodam oraculo rectē conijcentes fatemur. Hunc habitum sequi debet quisquis hominum diuinus est futurus, adeo ut nec ipse ad voluptates oīno procliu sit, alioquin procul a dolore non erit, nec alium quenquam siue semen, siue iuuenem, aut masculum, aut feminam indulgere voluptatibus patiatur, minimeq; omnium statim natos infantes. firmisimū. n. tunc omnibus mores omnes propter consuetudinem innascuntur. Ego verò nisi vererem ne forte iocari vobis videar, dicerem vtrq;, grauidas etiam mulieres maxime omnium illo anno ita regēdas esse, ut nec ad voluptates multas furiosasq; ferantur, neq; doloribus agitentur: sed tranquillam pacatamq; & mitem vitam agant. c. l. Non opus est hospes ut Megilum interroges, uter nostrum rectius sit locutus. Ego n. assentior tibi merae voluptatis meriq; doloris vitam fugiendam omnibus esse, & mediam quandam semper tenendam. Quare & dixisti recte atq; audisti. A. T. H. Recte nimium Clinia. Sed illud ad hac simul oēs tres cogitemus. c. l. Quidnam? A. T. H. Quod qua dicuntur a nobis, ea leges non scripta, à multis appellantur, nec alia sunt qua leges patrie nominantur, quam hmoi omnia. Atq; quod paulo ante tetigimus, nec leges hac esse vocanda, neq; silentio pratereunda, probe dictum est. Hac enim totius reip. vincula sunt, mediumq; tenet inter scriptas scribendasq; leges, videlicet tanquam prima priscasq; omnino institutiones. Hac si probe posita sint, seq; in eis homines recte assuefecerint, conscriptas leges stultis salutate tutantur. Sin contra factum sit, contra continget: quemadmodum in aedificijs accidit, vbi si aedium sustentacula subtracta de medio fuerint, concidere omnia cogunt, aliaq; ex alijs deici, & q; bene superstructa sunt, dirutus prioribus corruunt. Atq; hac quidem cogitantes nouam hanc tuam ciuitatem, o Clinia, vndiq; vincere debemus, nihilò prorsus relicto quoad fieri potest, quod vel ad leges, vel ad mores, vel studia pertineat. his n. omnibus ciuitas neclitur. Alterum verò istorum sine altero permanere non potest. Quare non est mirandum, si q; nobis multa simul & parua legitime videntur instituenda velut consuetudines confluentia longiores leges efficiunt. c. l. Recte tu quidem, & nos similiter cogitauimus. A. T. H. Si quis igitur ad eum qui tres agit annos colendum seu masculum, siue feminā hac diligenter adhibeat, ac sedulo suprascriptis utatur, non paruum afferent nuper enutritis vtilitatem. Atq; id ingenio eorum qui tres & qui quattuor & quinque & sex agunt annos conueniens erit, à quibus delicia remouenda sunt, & castigatio sine contemptu adhibenda. Caterum quemadmodū seruos diximus castigare sine contumelia oportere, ne in iracundiam efferantur: castigare tamen omnino, ne nimium deliciosi reddantur: ita & liberos volumus. Horum ludi quidam sunt ipsis quodammodo naturales: ad quos quādo conueniūt, sponte feruntur. Congregandi hi pueri sunt à trienio ad sex vsq; annos, singuli in sua tribus solēnitate: quorū & adhuc tantillorū nutrices modeste iā incontinentiamq; obseruent, & cuiq; ceteri nutricibusq; vna qdam prae sit de mulieribus duodecim annuo tē

Puellarum separatio.

Gymnastica Saltatio.

Luctatio.

Anteus

Anteus & Cercyo in artificium inutilis cōtentionis gratia deduxerunt, vel Epinus vel Amycus in pugili concertatione: quum nihil ad praelium conferant, digna mentione non sunt. Quae vero in recta luctatione à collo, manibus, laterumq; motu cum victoria studio, honestoq; habitu adhibentur, & ad sanitatem viresq; conducunt: quum ad oīa vitia sint, praeterenda non sunt. Sed discentibus docentibusq; simul praecipendum, ut quando ad hoc in condendis legibus venerimus, alteri benevole haec largiantur, alteri gratiose suscipiant. Nec vero oēs imitationes capeffenda quae in choreis sunt, sed hic quidē armatorum Curetarū ludi, in Lacedaemone Castoris atque Pollucis. Apud nos quoq; nō est negligendum, quod Minerva ludis chorea delectata, non nudis manibus ludendum censuit, sed armis tota ornata, saltandi officio est perfuncta. Quae quidem adolescentulis sunt maribus & fœminis imitanda, dea munus ad usum belli solennitatumq; ornamentum honorantibus. Pueros vero antequā prodire in bellum possint, armis equisq; oportet in deorum oīum pompis ornatos, modo velociore, modo tardiores in chorea & itinere ad deos deorumq; filios supplicationes fundere. Ludi porro atq; praeludia si rerum aliquarū gratia, nullarū certe nisi harū sunt adhibenda. Haec n. in pace & bello tā priuatum, quā publicē vitia sunt. Cetera vero corporis exercitationes seu ludo, siue serio fiant, o Clinia, atq; Megille, non sunt liberales. Eam iam gymnasticā quam tractandā in primis sermonibus dixi, fermē peregi, atq; haec tota & perfecta est. Vos autem si meliorem habetis, in mediū proferatis. C. L. Non est facile hospes his neglectis, narrare alia de gymnastica & certamina meliora. A. T. H. Reliquū est, ut de Musarū Apollinisq; muneribus differamus. de quibus ita satis dictū esse putabamus, ut de gymnastica solū restare vide retur. Nunc aut patet nonnulla esse relicta, q̄ dicenda in primis sunt, quare deinceps illa dicemus. C. L. Dicantur vō nō. A. T. H. Audiatū igitur. audistis. n. & in superioribus, quāuis & in dicendo & audiendo, quod valde mirū est & insolens, cauere decet. Equidē in praesentia nō nihil dicturus sum, quod dicere merito vereri quis debeat: dicā tamen. C. L. Quid illud est hospes? A. T. H. Nusquā cognosci assero, quā magnā ludorū genus ad legū conditarū stabilitatem & mutationem habeat potestatem. Quippe si hoc ita ordinatū fuerit, ut isdem ludis secundū eadem, & eodem modo, isdem hoīes semper utantur & delectentur: leges quoq; serio postas stabiles manere permittit. Sin autē mutetur id genus, nouiq; ludi quotidie inducantur, semperq; nouis delectetur iuuentus, tum figuris gestibusq; corporis, tum reliquo apparatu & suppellectili: ac decens & indecens in his rebus aliter in dies & aliter indigent, atq; inuentores nouarum rerū, colorum scilicet & figurarū caterorūq; huiusmodi semper honorent: pestem hac nullam ciuitati maiorem fore cēsemus, rectē admodū iudicantes. Mutat. n. iuuentutis mores occultē, facitq; ut prisca quidem vitia, noua vero digna honore videantur. Quae oratione & opinione, nihil rursus assero perniciosius ciuitatibus esse. Sed audite quantum id malum esse censeo. C. L. Vituperarīne prisca malum esse in ciuitatibus aī? A. T. H. Aīo equidem valde. C. L. Nō malos ad hanc orationem nos auditores habebis, sed quantum fieri potest beneuolentissimos.

A. T. H. Consentaneum est. C. L. Dic iam. A. T. H. Agite, audiamus haec diligentissime, atq; ita inter nos differamus. Mutationem aīo omnibus in rebus praeterquam malis esse periculosissimam: in temporibus omnibus inuētis, in dieta corporum, in moribus animorum, in oībus simpliciter praeterquam in malis, ut modo dicebam. Corpora quidem cum primis cibis aliquibus & potibus laboribusq; utuntur, turbantur quodammodo, deinde ex diuturno harum rerum usu concrefcunt, pinguiq; redduntur: atq; huiusmodi victu utpotē iam consueto, familiari & amico, delectantur admodum, & optime valēt: at si ex probabili aliqua causa ad aliam cogantur transire dietam, in morbos initio conturbata incidunt, antequam nouo victui consuescant. Idem quoq; in cogitationibus hominum animorumq; naturis fieri cogitandū. Omnes. n. eas leges colunt, & in nouare formidant, in quibus educati sunt: si illa diuina quadam fortuna legis temporibus stabilita fuerint: adeo ut nullus aut recorde tur, aut audierit eas unquam se aliter habuisse. Quae propter excogitare debet legislator, quae via id in ciuitate quodammodo fiet. Hunc igitur ipse modum excogitauerit: adolescentū ludos quotidie variatos, ut supra diximus, existimant oēs nihil aliud esse, quā nugas, neq; quicquam ad officia vitae habere momenti. Quare cedūt & mutationem hanc in nouationemq; fieri facile patiuntur. Nec intelligunt, quod necesse est pueros diuersis ac priores ludis gaudentes, diuersos differentesq; a prioribus viros fieri: diuersos vero effectos, diuersam quoq; vitam quasi tuos, atq; hinc noua studia legesq; desideraturos. hinc nemo formidat pestem quam dixi maximam ciuitati futuram. Sed cetera quidem, praesertim circa figuras mutata, minus nocent. Crebra vero in laudandis vituperandisq; moribus in nouatio grauissima etiā, ut arbitror, & plurimum formidanda. C. L. Quidni? A. T. H. An nō superioribus sermonibus credimus, in quibus diximus, quod rhythmici & cetera musicae genera, imitationes quaedam sunt morum, tum honorum hominum, tum malorum? Vel quid dicemus? C. L. Nullo modo aliter sentiemus. A. T. H. Omni igitur rōne conandum ne pueritia in cantibus & saltationibus noua unquam audeat imitari, neue ullus ad nouitatem pueros voluptatū blandimentis alliciat. C. L. Optime dicis. A. T. H. Habētne quisquam nostrum artem ad haec Aegyptia meliorem? C. L. Quam illam dicis? A. T. H. Ut tripudij cantusq; genera dijs oīa consecrentur: & primum quidem festi dies singuli in certis anni temporibus, dijs singulis deorumq; filijs, & daemionibus statuatur. Deinde quae sacrificia, quibus dijs offerenda sunt, ordinetur. Quae cantus & choreae quibus conueniant sacrificijs distinguatur. Quae postquam distincta sunt, cōmuni ciues omnes libatione, tum Particis, tum dijs alijs sacrificent, certosq; cantus & choreas, certis dijs, eorumque filijs, & daemionibus dedicent. At si quis aliter quā constitutum sit, hymnis choreisq; in deorum sacris utatur, sacerdotes tam viri quā mulieres unā cum legum custodibus, eum sanctē & legitime arceant: & qui repulsus erit, nisi libenter obtemperauerit, per totam vitam volenti cuiusq; pœnas impietatis persoluas. C. L. Probē. A. T. H. Verūm quoniam huc oratione deuenimus, ut nos decet, afficiamur. C. L. Quorsum haec? A. T. H. Omnis non senex tantum, verum etiam iuuentus, quoties

quoties mirum quid, & insolens viderit vel audierit, non utiq; accurrat illico, quodq; dubium est concedat: sed quasi ad trivium siue solus siue cum alijs venerit, ignoretq; viam, perquirat sanè nec ulterius progrediat, antequam certior fuerit, quò iter ferat. Similiter nobis in presentia faciendum. Nam cù in sermonem de legibus mirum & insolitum inciderimus, diligentissime considerare debemus. Non .n. decet subito tantos viros de re tanta ferre sententiam, & quasi planam protinus affirmare. CL. Vera loqueris. ATH. Ergò tempus ad hoc assumamus, tunc demum affirmaturi, cum satis fuerit consideratum. Verum ne frustra consequentem legum presentium ordinem relinquamus, ad finem propositorum festinemus. Fortè namq; si demò voluerit, finem suum hac tractatio consecuta, planè quod modo dubitatur aperiet. CL. Præclare loqueris hospes. Quare sic faciamus. ATH. Decreto igitur mirum hoc & insolens, ut dicimus, affirmetur, quo nobis oia cantusq; constare legibus videantur: sicuti prisca de citharædia dicebant: ut illi quoq; non longè à nostro absint proposito, sed tanquam in somno, aut et in vigilia vel somniauerint, vel vaticinati hoc sint. Hoc igitur ita decernatur. Nemo audeat præter publicos sacrosq; cantus aliquid canere: & præter constitutam inuenturis choream moveri tripudio, quemadmodum neque contra leges alias quicquam facere licet. Qui paret indemnus abeat. Eum vero qui non obtinuerit, quemadmodum paulò antè dictum, legum custodes sacerdotesq; tam mulieres, quam viri puniat. Sed hac quidem ita se habeant. CL. Ita prorsus. ATH. Quò autem legibus hæc quispiam ita sanciet, ut ridiculus non videatur? Atqui ita consideremus. Tutissimus ad hæc mihi modus videtur, ut imagines quasdam oratione fingamus: quarum unam hanc esse dico, sacrificijs factis, & victimis de more perustis, accedat priuatim quispiam ad aram sacræ, filius aut frater, qui miserabilem prorsus & noxiam orationem fundat, nonne dicemus hunc patri & suis malè ominatum fuisse? CL. Dicemus sane. ATH. In nostris civitatibus fermè omnibus, ut breuiter dicam, hoc ita fit. Nam postea quàm magistratus quispiam publicè sacra fecit, non vnus, sed multi solent chori conuenire. Qui cū propè aras steterint, miserandis vocibus sacram rem temerant. Quippe verbis, numerosq; & concentibus flebilibus audientium insciant aures, & qui turbam ad lacrymas vehementius commouet, victoria præmia refert. Hæc nos legem non abrogabimus? & si querulam oratione audiri à civibus quandoq; oporteat, non fastis diuinarum solennitatibus diebus, sed nefastis potius conuenire dicemus? Tunc eant si placet præmio conducti chori, externiq; cantores, quemadmodum in funeribus fieri videmus: vbi quidam mercede conducti, Caricæ gentis instar miserè defunctum ipsum deplorant. Hoc certe hmoi cantibus conuenire videtur, eosq; cum flebiles mæstiq; sint lugubris quoq; vestis, ut breuiter dicam, non corona neq; ornatus aurei decet. Ergo à vobis ipsis hoc rursus exquirò, utrū primam hæc imaginè placeat cantibus adhiberi? CL. Quam? ATH. Bonam inquam omni, ipsumq; cantuum genus semper in benedicendo & feliciter ominando versetur. An fortè nihil interrogandum, sed id potius sancientium? CL. Imò verò sancientium prorsus. Cunctis .n. hæc lex digna suffragijs. ATH. Quæ nam igitur post benedictionem, laudes, bo-

numq; omen, musica secunda lex erit? Nonne ut preces dijs, quibus libamus, effundantur? CL. Certè. ATH. Tertia verò, ut arbitror, erit lex: ut cum poeta preces ipsas, petitiones hominum à dijs esse non ignorent, diligenter aduertant, ne mala quasi bona postulent. Ridicula nimirum illius conditio, qui ita precatur. CL. Proculdubio. ATH. Nonne supra concessimus, non oportere in ciuitate aureas & argenteas diuitias esse? CL. Omnino. ATH. Cuius igitur exemplar sermonem hunc esse dicemus? Nonne huius? quod videlicet poetarum genus non omne quæ bona sunt, quæ non, satis cognoscere potest. Quare si quisquam poetarum verbis aut cantu præter ipsam rationem preces non rectas nobis tradiderit, is contraria in rebus maximis petere ciues faciet. Quo quidem errore, sicut diximus, non multos maiores reperiemus. Vnam igitur hanc quoq; in musica legem formamq; ponamus. CLIN. Quam? Dic apertius. ATH. Nemo poeta præter ciuitatis leges, & iusta, vel honesta, vel bona fingere quicquam audeat. Nec liceat quæ composuerit, vlli priuatorum ostendere, antequam constituti hæc de re iudices legumq; custodes & viderint & approbauerint. Qui vero musica & disciplina præsideant, fermè ostensum est. Nunquid ergò, quod sepe iam quò, lex ista nobis formamq; & imago tertia sancietur? An aliter? CL. Sancietur omnino. ATH. Post hæc rectissimum erit, ut hymni laudesq; deorum precibus mixta canantur, deinde demonum heroumq; similiter, cū laudibus preces idoneæ. CL. Nil prohibet. ATH. Ad hæc sequitur confessio hæc sine inuidia lex. Decens est eos ciues laudibus exornare qui cesserunt è vita, si corporis vel animi viribus res arduas præclarasq; gesserint, & legibus libenter paruerint. CL. Quidam? ATH. Videntes autem adhuc, laudibus hymnūq; honorare tutum non est, priusquam vita functus quispiam finem viuendi præclarum fecerit. Hæc omnia viris mulieribusq; virtute insignibus communia sint. Cantus autè & tripudia ita constituantur, multa prisorum sunt circa musicam antiqua poemata, & saltationis genera, de quibus decentia & comoda constituta à ciuitate diligere, nulla inuidia est. Quorum electores, non pauciores quàm quinquaginta sint annos nati. hi quæ sufficienter dicta esse videantur, eligant, quæ verò improbè dicta, omnino rejiciant. Et quæ minus sufficienter, poetis viris musicisq; adhibitis corrigant & absoluant, atq; virtute ipsorum poetica, non voluptatibus neq; cupiditatibus, nisi in paucis quibusdam vrantur, ita ut legulatoris exposita voluntate, saltationem, cantumq; & oem choream, prudenter ad eam dirigant. Ois profectò ordinata Musa, quamuis suavis Musa, non adiungatur, longè melior est quàm cum est sine ordine. Suauitas autè atq; incunditas Musis omnibus est communis. Nam in quacunq; à primis annis, ad ætatem usq; maturam versatus aliquis fuerit, eam incundam arbitrat. Quippe si in Musa temperata atq; ordinata fuerit educatus, contrariam cū audit odit, illiberalemq; appellat. Sin vulgare incultamq; semper audire consueuerit, huius contrariam, frigidam & asperam esse ducit. Quapropter, ut modo dicebam, incunditatis & molestia in vtraq; pro consuetudine nostra par ratio est, sed emolumentum & detrimentum ratio impar. Nepe altera meliores, altera deteriores facit videntes. CL. Præclare. ATH. Præterea catus, qui viris conueniant, & qui

Qui mortui laudandi.

Videntes non laudandi.

fœminis, forma quadam distinguere debemus, & concentibus numerisq; accommodare. Absurdum est .n. concentui uniuerso vel numero dissonare, & his singulis nõ idonea reddere. Horum igitur forma necessario legibus statuenda sunt, & vtriusq; conuenienter attribuenda. Et quid virum qui due mulierem deceat, ex ipsa vtriusq; natura differentia declarare. Porro quod magnificum est, & ad fortitudinem tendit, virile dicendum. Venustum aut modestumq; magis, fœminis esse accommodatius & disputatione assenerandum, & legibus sancientiu. Atq; ordo quidem hic sit. Deinceps declaremus quo modo hæc & quibus tradenda aperiendaq; sint, & quando agenda. Quemadmodum verò nauium faber carinulas primū ad nauis formam supponit, sic ego mihi facere video. Nam dum vita conor figurarum distinguere, secundum animorum naturales formulas quasdam quasi carinulas iacio, ut qua via & rone, huius vita nauem per hæc maria ducturissimus, recte conspiciatur. Humana quidem res magno studio dignæ non sunt. Studere tamen necesse est, quod informatum dixerim: Postquam verò hic sumus, si modo quodam conuenienti id fecerimus, satis forsitan nobis erit factum. Sed quid dicā, recte fortassis aliquis quæret. C. L. Recte admodum. A. T. H. Oportere igitur aio quod studio dignum est, studiosè sectari, non digna vero nequaquā: Ac deum quidem oī beato studio dignū, Hōiem verò, sicut etiam supra diximus, dei ludo esse factum, atq; id verè ipsius optimum esse. Ita igitur affectos homines consequenter & mares & fœminas versari in ludis quā pulcherrimis oportere, contra quā modo cogitantes. C. L. Quo pacto? A. T. H. Nunc certè studia ludorum gratia sequenda esse ducunt. Nam rem bellicam putant studio dignam pacis gratia bene disponendam esse, cum in bello nec ludus inesse soleat, neq; disciplina ratione digna fuerit vnquam, nec sit modo, neq; futura sit. Nos autem eam disciplinam studio dignissimam arbitramur, qua homines instituti quā longissimè atq; optime in pace vitam agant. Quæ autem ludèdi in vita rectè sit ratio, & quales ludi in sacrificijs canendo saltadoq; adhibendi sint, ut & dij nobis reddantur propitij, & hostes fundantur in pugna, & quas potissimum res cantu & saltatione imitari hæc vtraz; consequi valeamus, quibusdā quasi formulis præsignatū est, & via per quas eundem, constrata sunt. Quæ sanè in re credendū est poetam bene cecinisse, cum ait: Telemache, alia quidem tu mente versabis, alia tibi dæmon suggeret. Non enim te puto sine numine diuū genitum & nutritum. Hoc ipsum alūnos quoq; nostros cogitare oportet, & superiora quidem sufficienter dicta existimare, & si qua desunt dæmonem deumq; sperare sibi suggesturum, quibus scilicet sacrificijs choreisq; & quando & quæ numina ludendo placare debeant, secundum modum nature viuentes, cum ipsi res quadam mira sint, ut plurimum veritatis parum participes. M. E. G. Genus hominum hospes penitus parui facis. A. T. H. Non mireris, sed ignosce, o Megille. Nam cū ad deum respexerim, comotusq; fuerim, hæc dixi. Genus ergo nostrum, si tibi sic placet, nõ vile, sed aliquo dignū studio sit. Post hæc gymnasiarum, doctrinarumq; publica edificia tripertito in media vrbe locata sunt. Foris quoq; equorū gymnasia in suburbijis similiter tripertito. loca insuper ampla ordinata, ubi iuue-

tus ad arcum & telorum iactū instruatutur exerceaturq;. Quod si in superioribus non sufficienter de his est dictum, nunc & sermone dictum sit, & lege sancitū: illorumq; omnium peregrini magistri precio conducēdi, qui illic habitantes, & ad rem militarem & ad musicā, venientes instituant. Ac non illos tantum quos parentes voluerint oportet discere, quos verò noluerint, disciplinas missas facere, sed ut dicitur, viri oēs quoad fieri pot, & pueri, ut potè qui ciuitatis magis quā parentū liberi sint, necessario discant. Eadē quoq; de fœminis quæ & de masculis lex mea sanciet. eadē .n. ab vtriusq; volumus exerceri. Neq; verebor dicere equestrem disciplinam atq; gymnasticam, ita mulieribus ut viris, honestā esse. Hoc .n. ex veteribus audiri fabulis, fidemq; adhibeo. Nostris et temporibus, non ignoro esse circa Pontum innumera mulierum milia, Sauromatidasq; vocari, quibus nõ equorum modo, verumetiam arcuum caterorumq; armorum equalis cura cum viris & exercitatio sit instituta. Sed rationem quoq; ad hæc, hanc habeo. Aio equidem si hæc ita fieri possunt, stultissimum hoc in nostris regionibus esse, ut non isdem studijs mulieres ac viri oī conatu consensuq; dent operam. Fere .n. ciuitas oīs hoc modo produpla, dimidia sit, ex eisdem laboribus atq; tributis. Qui sanè legislatoris error est ingentissimus. C. L. Sic apparet. Verum multa nobis hospes præter rerum publicarū consuetudinem dicta sunt. A. T. H. Totam primo disputationem decet percurrere, deinde quod potissimum videtur, eligere. C. L. Scitè admodum modo dixisti, fecistiq; ut meipsum reprehēdam, quod illa dixerim. Quare deinceps, ut lubet dicas. A. T. H. Hoc ipsum mihi placet Clodia, quod modo dicebā. Nam si re ipsa non satis pateret fieri hæc posse, contradici forsitan nonnihil posset. Nunc verò si quis legem hanc aspernatur, aliud certè quærat oportet. Præceptum verò nostrū non cessabit asserere, quod oporteat doctrina caterorumq; quā maxime mulieres cum viris particeps fieri. Sic .n. de his considerare oportet. Dic age, si mulieres cum viris in oī vita participes non sint, an non necesse erit ipsis alium quendam ordinem assignare? C. L. Necesse. A. T. H. Quem alium eorum qui nunc sunt potius, quā nostra cōmunionis ordinem assignabimus? Verū sicut Thraces, multaq; aliæq; gentes, agriculturā, bubulcorū pastorumq; officia, & reliqua opera nihilo à seruorum ministerijs differētia mulieribus tribuimus? An quemadmodum nos, viciniq; oēs nostri, reconditis in vnam domum rebus, ut dicitur, oībus fœminis penu custodiam, radios, lanificium, & similia committimus? Vel Laconicum, o Megille, quasi mediū eligemus? Ut virgines quidem gymnasijs & musica vacent, mulieres aut in otio quidem lanificium curent, vitā tamen non abiectam & tenuem, sed solertiolem quandō agant. Quinetiam domestici cultus, custodiendi penu, educandorumq; liberorum mediam quandam curam suscipiant. Nec bellis intersint: ut si patriam liberosq; tue ri necesse sit, nec sagittas emittere ut Amazones, nec cū reliquis ciuibus iaculationem scitè obire queant: nec scuto hastaq; sumpta, imitari deam, ac pro patria obsessā generosè resistere, ut si nihil aliud maius, terrorem saltē acie visa hostibus ipsis incutiāt. Quippe si ita vixerint, Sauromatas imitari nunquam audebūt: sed apud ipsas mulieres, mulieres illorū videbuntur viri. In his itaque

Circa Pontum mulieres militares, quæ Sauromatides vocantur.

Homo l. d. deo deorū.

de fœminis

de fœminis

de fœminis

vestrarum legum latores probet qui velit. Ego profecto aliter nunquam dicam. perfectum namq[ue] officium, non medium a legumlatore requiro, qui non sinat resolui delicis mulieres, nec maribus solis attendat: ne profelicitate civitatis duplici, simplicem solium efficiat. MEG. Quid hic agemus, o Clinia? An patiemur, ut Spartam sic hospes invadat? CL. Certè. Nam cum dicendi libertas ei concessa sit, quousq[ue] satis de legibus tractatum non fuerit, interturbandus non est. MEG. Probe dicis. ATH. At eum igitur est, quæ sequuntur explanare. CL. Proculdubio. ATH. Quis igitur vita modus erit, quibus necessaria mediocriter sint præparata? Artes vero alijs relicta, agricultura servis comendata, qui fructus ex agris reddant, qui satis sint hominibus modeste viventibus. quibus præterea conuiuia publica sint instituta: virorum quidem seorsum: & proximè propinquorum, filiarumq[ue] una atq[ue] matrum. hisq[ue] conuiujs principes quidam & viri & mulieres præpositi sint: qui in eis obseruent quoti die animadvertantq[ue] singula: deinde cæsus ipsos dissoluant. & postquam tam principes, quam ceteri, dijs iustis, quibus dies illa vel nox dicata est, libauerint, dormium proficiscantur. His igitur hominibus sic institutis nullumne erit reliquum opus necessarium ipsiq[ue] conueniens? sed dediti ventri, more pecorum viuent? At verò nec istum, nec honestum id ducimus. Neq[ue] possibile est, ita viuentem hominem in id tandem quod sibi conuenit non incurere. Conuenit aut[em] desid[er]i obesoq[ue] per inertiam aial[em], ut ab alio laboribus exercitato & quasi extenuato fortiq[ue] ruptum dilanietur. Hæc utiq[ue] si sufficienter exacleq[ue], ut modo videmur, perquiramus, forte nunquam fierent, donec mulieres & liberi & domus & reliqua propria cuiq[ue] essent. Si tamen, qua secunda ad ea sunt & modo tractatur, fierent, mediocriter certè fient. Opus igitur ita viventibus non paruum neq[ue] vile restare dicimus: sed maximum omnium a iusta lege mandat[um]. Nam cum singuli viuendi modi a ceteris omnibus operibus distrahant, ut si quis Pythia, vel Olympia vincere studeat, is alijs rebus vacare nequeat: duplici, imò verò multiplici adhuc cura, vita illius plena est, qui rectè a corporisq[ue] virtuti vacat. Nihil .n. exercitationis corporea, nihil doctrinarum animi morumq[ue], propter alia negotia negligend[um] est. Ferme .n. tota dies totaq[ue] nox ista diligenter curari vix satis est, ut ea prorsus assequatur. Cui igitur hæc ita se habeant, ordo totius temporis liberis hominibus ab ortu solis perpetuus ad alterum solis ortum est habendus. Ridiculus fortasse legislator habebitur, si multa frequentiaq[ue] & minima quæq[ue] de familiari administratione narrauerit, cum in alijs sum et in nocturna vigilia, quæ necesse est, ut cõseruaturi civitatem exhibeant. Nã siue lex siue officium id appelland[um] sit quod modo præcipimus, certè omnibus turpè illud & illiberale videri debet, ut cuius aliquis per totam dormiat noctem: nec primis excitetur & surgat, ita ut hoc toti familia pateat. Quinetiã ut domina ab ancillis, non ancilla ab ipsa primis excitentur, turpè dicend[um] apud seruos, ancillas, pueros, & domum deniq[ue] si possibile sit, vniuersam. Nocte igitur exurgat: & magistratus publici aliquid, patres uero matresq[ue] familie in domibus proprijs rem suam curent. Somnus .n. multus, nec corporibus, nec animis, neq[ue] rebus gerendis, natura conducit. Nemo quidem dum dormis, alicuius precij est, non magis quam si non viue-

ret. Quare quicumq[ue] viuere & sapere cupit maximè, quam longissimo tempore vigilet, sola sanitatis comoditate seruata. Ad hanc verò non multo opus est somno: si bene assueueris somnis. Magistratus profecto nocte in urbibus vigilantes malis hominibus tum hostibus tum ciuibus terrori sunt, amandi honorandiq[ue] iustis & temperatis, sibi & civitati vtilis vniuersa. Sed nox quidè ita perfecta, ad ea quæ diximus fortitudinem quoq[ue] in animis ciuium creat. Sole verò surgente, pueri ad magistratos proficiscantur. Quoniam verò nec pecudes nec alia prorsus vlla sine pastore viuere debent, nec pueri et sine pedagogis sint, neq[ue] absq[ue] dominis serui. Est aut[em] puer om[n]i bestia intractabilior. Nam cum prudentia fontem nondum perfectum habeat, insidiosissimus est acerrimusq[ue] & petulantissimus omnium bestiarum. ideo multis quasi frenis vincendus est. Et cum primum a matribus nutricibusq[ue] seiungitur, pedagogis eum ad puerilem lasciuam regendam comendare oportet: deinde ut liberum quidem, doctrinarum potissimum gratia præceptores: ut aut[em] seruum, castiget quicumq[ue] ex liberis forte deprehenderit, puerum ipsum & pedagogum & præceptorem, si qua in re delinquere eos conspexerit. Si verò præsens quis iure non castigauerit, maximo subijciatur opprobrio. Rẽ hanc ille qui de custodibus legum ad principatum puerorum electus fuerit cognoscat: siue ille qui eos deprehendit non castigauerit cum oporteret: siue non more castigauerit. Acute aut[em] videat hic oportet, diligentissimeq[ue] educationem puerorum curet, naturas eorum secundum leges ac bonum ipsum dirigens semper & conuertens. Quo aut[em] hunc ipsum nobis lex sufficienter erudiet? Non .n. satis, nec aperte adhuc dictum est: sed alia tacta, alia prætermissa. Oportet aut[em] pro viribus nihil relinquere, sed rationem omnem exponere, ut interpres hic alijs & educator sit. De chorea quidem, cantus, & saltationis forma dictum est: quæ eligenda, corrigenda, dedicanda sit. De scriptis aut[em] oratione soluta nondum diximus: quæ nam horum, & quo ordine, optimè pueritiae cultor, alumnis tradenda sint, quamuis quæ in re bellica discenda exercendaq[ue] ipsis sunt, iam habeas. Et enim quod percipienda sint quæ ad literas pertinent primum, deinde quæ ad lyram, a legislatore dictum est. Præterea quæ ad computationem numerorum spectant, quibus opus esse diximus: & omnino quacumq[ue] ad bellum ac rem familiarem publicamq[ue] conducunt. Item quæ ad diuinorum astrorum solis lunæq[ue] circuitum, perquirendum: ut vniuersa ciuitas non ignoret, ordinem dierum in mensem, mensumq[ue] in annum. atq[ue] ita tempora, solennitates, sacrificia ut decet disposita naturali quodam ductu, viam civitatem vigilantem reddant, & dijs honore tribuant, & homines ad hæc prudentiores efficiant. Hæc tibi sic, o amice, a legislatore sufficienter distincta sunt. sed quæ sequuntur aduerte. Nam de literis nondum satis distinctum fuisse dicimus: quoniam quatenus his vacandum sit, non est declaratum, utrum videlicet exactè eas comprehendere debeant, qui mediocres futuri sunt ciues, an nihil omnino. Similiter quoq[ue] de lyra. Ad literas ergo decennes pueri proficiscantur, triennioq[ue] insistant. Et qui tres ac decem egerint annos, lyra similiter tres annos incubant. Nec liceat aut patri plus vel minus in his liberos detinere, aut liberis siue radio affectis citra id tempus, siue desiderio compulsi ultra, his rebus, contempta lege, vacare. Siquis non

De familia
ri admini-
stratione pau-
ca.

De somno
multo & vi-
gilijs.

Xenoph. Econ.

Puer omni
bestia intractabilior.

Discenda
sunt.

paruerit, honores qui disciplina prae dantur, quos posse a narrabimus, non consequatur. Sed quid in his annis docere magistri, adolescentesque discere debeant, audi. Literas donec legere scribereque possint, perdiscant. Velociter autem aut perpulchre faciant, necne, nisi natura in hoc tempore spatium inuenit, non est curandum. Monumenta vero poetarum in quibus lyra non utuntur, partim metricè scripta, partim sine metro: quae quidem rhythmo harmoniaque caretia fallacia scripta sunt nobis à nonnullis huiusmodi hominibus tradita, qua ratione usu dabitur, de omnium optimi custodes legum? Legum quoque latorem, qualem istorum usum vobis rectè tradat, dubitaturum arbitror. CL. Quid hospes tecum ita dubitasti. ATH. Rectè tu Clinia. sed ad vos qui de legibus communiter mecum consideratis, necesse est ut et qua certa et qua dubia mihi uidentur, aperiam. CL. Quid ergo de his modo dicis? quid te mouit? ATH. Dicam equidem. Profecto innumeris hominibus non est facile contradicere. CL. Nunquid parua et pauca de legibus iam dicta putas multis contraria? ATH. Verè prorsus id dicis. Inbere namque uideris, ut quauis multis hoc iter arduum odiosumque sit, peragam tamen confidenter: perque legum semitam, praesentibus sermonibus patefactam nihilo praetermissis progrediar: cum iter huiusmodi forsitan non paucioribus, et si paucioribus, non deterioribus placeat. CL. Cerrè. ATH. Nihil igitur praetermittam. Dico equidem, poetas multos hexametro carmine, multos trimetro alysque generibus metrorum scripsisse, ac alios serua, alios iocosa fuisse complexos. Quae cum est multi facultatis huiusmodi professores, asserunt rectè educandum inuenibus ediscenda, ut ex variorum poetarum peritia facundi reddantur. Alij capita quadam ex omnibus electa, et in idem conducta, memoria commendanda contendunt, si modo quis nostrum ex multorum peritia atque notitia, probus vir et sapiens est futurus. Tu uero quid ab his rectè dicatur, quid contra, libere à me nunc explicari iubes? CL. Quidni. ATH. Ego igitur quid potissime de his omnibus uno uerbo sufficienter dicam? hoc equidem arbitror, quod mihi ab omnibus concedatur. Multa poetis probe, multa etiam contra esse dicta. Quod si ita habet, multorum discendorum studium inuenibus periculosum esse assero. CL. Quo ergo, et quid custodi legum praecipis. ATH. Qua de re dicis? CL. Quoniam sibi respiciendum quasi ad exemplar quoddam, ut alia perdiscenda inuenibus, alia ne attingenda quidem iubeat, ne dicere id graueris obsecro. ATH. O bone vir Clinia, uideor quodammodo fortunatus. CL. Qua in re maxime? ATH. Quod penitus exemplo non caream. Nempe cum ea quae ab aurora ad hanc horam non sine quadam deorum inspiratione, ut mihi uidemur, narrauimus, animaduerto: poetis quodammodo similia mihi uidentur. Nec mirum est, si proprios sermones, quasi simul omnes collectos respiciens, sic afficior, ut admodum later. Omnino enim quae aut poetice aut soluta oratione dicta didici et audiui, moderatissima haec mihi instruendisque inuenibus idonea maxime uidentur. Quamobrem quod melius exemplum legum custodi atque doctore proponam, non habeo, quam ut magistros cogant pueris haec exponere, et quaecumque alia his similia: siue poetice siue soluta oratione scripta sint: siue simpliciter dicta quidem, et huic disputationi consentanea: quae nullo modo pra-

termittat oportet, sed operam det, ut scribantur. ac primum praecipit ipsos compellat dicere haec, atque probare, et eos qui non probent, repellat: ipsi uero qui probant, erudiendos instituendosque adolescentes committat. Sed de literis, earumque magistris, iam satis. CL. Ad propositum quidem hospes, ut mihi uidentur, non aberrauimus: sed utrum rectè totam rem, an contra agamus, forsitan difficile dictu. ATH. Tunc demum Clinia, id quoque patebit, ut decens est, quando sicut sepe numero diximus, legum tractatio sine accipiet. CL. Rectè. ATH. Verum post literarum magistrum nonne de citharista dicendum. CL. Cur non? ATH. Si in superiorum memores erimus uerborum, citharistis congruum et docendi et educandi, quantum ad sua spectat, ut reor, officium dabimus. CL. De quibus dicis? ATH. Oportere diximus Dionysiacos cantores sexaginta annos natos rhythmorum naturas harmoniarumque constitutiones acute sentire: ut in caribus affectus animi imitantibus, probi animi imitationes, ab imitationibus improbi fecernere possint, et has quidem rejiciant, illas in medium deductas, adolescentium auribus concinant, trahantque eorum animos imitatione quadam perductos ad uirtutis ipsius possessionem. CL. Vera loqueris. ATH. Qua propter citharista discipulumque eius oportet lyrae uocibus uti eius expressionis gratia, quae ex canoris fidibus prouenit, et uocibus uoces consonas reddere. Diuersitate uero uarietatemque lyrae, cum alios fides modulorum reddant, alios poeta cantus ipsius autor, ut spiritum prae terea uarietati, uelocitatem tarditati, acumen grauitati, et omnino consonum simul et dissonum praestat, rhythmorumque uarietas, lyrae uocibus accommodetur, asserere illis non licet, qui triennio uilitatem musicae sunt facile percepturi. Contraria enim se inuicem confundant difficile discuntur. Oportet autem ut facile iuuenes discant. Nam nec parua nec pauca sunt, quae necessario illis perdiscenda mandamus. Haec autem oratio progrediens cum tempore simul ostendet. Haec de musica doctores procurrent. Quae uero uerba cantus uel chorearum magistri docere debeant, ea nobis in superioribus distincta sunt, quae dedicanda commode solennitatibus diximus, ut una cum felici oblectamento uilitatem quoque ciuitatibus praebant. CL. Verè haec etiam distinxisti. ATH. Haec itaque uerè distincta electus ad Musam magistratus suscipiat, curetque feliciter. Nos uero sicut musicae docendi modum qui restabat, adiecimus, ita nunc saltationi et uersa corporis gymnasticae, cum idem reliquum sit, idem quoque adiciamus. Pueros etenim puellasque oportet tripudium et gymnasticam discere. Nonne? CL. Sic oportet. ATH. Saltandi igitur magistri pueris, ac puellis magistris dentur, ut his apte exerceantur. CL. Dentur prorsus. ATH. Rursus uirum illum plurima negotia subiturum, uocemus pueritiae curatorem, qui cum et musicae et gymnasticae curam habeat, nunquam otio abundabit. CL. At quo pacto tantam, cum senior sit, curam sufferre poterit. ATH. Facile, o amice. Lex enim ipsi concessit, concedetque, ut ad eam curam quos uelit ciuium et uirorum et mulierum accipiat socios. Ille autem qui deligendi sunt cognoscet, uoletque socios probos deligere, cum magistratus ipsius magnitudinem prudenter et cognoscat et uereatur, nec ignoret quod si pueritia rectè educata sit, educeturque, omnis in uita recta sit nauigatio. Sin contra, quid contra sequatur, nec dictu, di-

Cur mulieres oportet
at castra
& arma
tractare.

gnum est, neque nos dicimus, perniciosum in ciuitatem nouam omen fugientes. Multa iam de saltatione, deq; omni motu gymnastico diximus. Gymnasia. n. oēs etiam exercitationes bellicas appellamus, ut sagittandi, iaculandi, peltasticen quoq; & oēs armatorum dimicationes, acierum ordinationes, ductiones exercitus, castrorū positiones, & quaecunq; ad equestrem pertinent disciplinam. Quorum oīum publicos oportet esse magistrōs à ciuitate cōductos, qui pueros & puellas, viros & mulieres doceant, ut omnes qui in ciuitate sunt, hac omnia sciant. Et puellae quidem saltare pugnareq; cū armis consuescant: mulieres aut castra mouere, ordines struere, et arma sumere atq; deponere, si nullius rei alterius gratia, attamē si res cogat ut in militiam viri oēs proficiantur, possint ipsae interim siquid aduersi acciderit, ciuitate defendere, vel si tanta hostiū multitudo agros inuaserit, ut necesse sit mulieres quoq; pro ciuitate arma capere. quorū nihil est, quod nō facile euenire possit. Magno certē reip. vitio dandum est, ita ignaue mulieres educari, ut nec veluti aues quidē pro filiis contra feroces audeāt bestias pugnare: mori q; potius velint, cūctaq; subire pericula, quam statim ad aras templaq; cōfugere, opinionemq; de genere hominū dare, omnium ignauissimum animalium esse. C. L. Per Iouem hospes, & dedecori hoc & detrimento est ciuitati. A. T. H. Legem igitur hanc sanciamus, ut rem bellicam mulieres non negligant: sed ciues oēs tam mulieres, quam viri, illi dent operam. C. L. Sanciamus. A. T. H. De luctatione quidē partim nobis est dictū. Quod verò, ut arbitror, maximū est, non diximus, nec facile dictū est, nisi quis verborū declarationi corporis gestus adiungat. hoc ergo tūc iudicabimus, quando verba rebus coniuncta apertius aliquid etiā de ceteris significabunt, & luctationem maximē omnium motuum praelio affinem esse, & oportere nō praelio huius causa, sed huic gratia praelij operam dare. C. L. Probe id quidem. A. T. H. Sed de luctandi quidem facultate haecenus sit dictum. Ceteros verò corporis totius motus, quorum plurimi saltationis nomine rectē appellari possunt, in duas species distribuimus. Nam alius quidem motus decentioribus gestibus corporis, honestum dignūque aliquid imitatur, alius contra indecentioribus, ad vile aliquid imitando deducit. Et vtriusque rursus dua sunt species. Honestus enim digniorq; motus alius est, cū in bello violentisq; laboribus egregiō corpore fortisq; animo implicamur. Alius, dū animus in rebus secundis moderatē latatur. Hunc si quis pacificum appellet motum, secundum naturā appellare videbitur. illum verò à pacifico diuersum Pyrrhichen rectē quisq; vocabit, qui imitatur flexus corporū, quibus tela plagaq; vitantur, declinando, retrocedēdo, exiliendo in altū, humiq; se contrahendo: contrarios itē gestus, quibus videlicet aduersus alios quicquam infertur sagittando, iaculando, cadendo. In his oībus arbitrari oportet, quādo intrepidus & constans habitus in membrorū rectitudine & fortitudine animi adhibetur, rectē fieri: quādo verò contra, non rectē. Sed & paci conuenientē saltationem hoc pacto in singulis cōsideremus, verum rectē necne pro natura honesta saltationis decēter quis in choreis optima lege eruditōrū uirorum uersetur. Primū verò ambigua quae in controuersia cadit saltatio, à nō ambigua distinguenda est. quānam igitur

hac? & quo pacto utraq; distinguenda est? Ambiguā arbitramur, quae Bacchida, Bacchumq; sequentium est, quas Nymphas, Panes, Silenos ac Satyros vocant. quae quidē, ut aiunt, ualentos imitatur, lustrationes & sacra facientes. Totū hoc saltationis genus, neq; quod bello cōueniat, neq; quod paci, neq; quid sibi velit, facile determinari pōt. Rectissimū igitur mihi videtur, id ita distinguere, ut seorsum et à pacis saltatione id ponamus, negātesq; hoc esse civile, atq; ideo relinquētes ab belli pacisq; quae sine controuersia est, saltatione ad nos pertinentē iam reuertamur. Genus aut illud Musa, quo in pace & prosperitatis opinione utimur deos deorumq; filios honorantes, bipertito distinguitur. Alterum. n. cū pericula laboresq; enasimus, & bona adepti sumus, adhibetur, quod maiores cōtinet voluptates. Alterū prioribus bonis seruatis auctūq; agi solet, in quo remissior est voluptas. In hmoi verò rebus, ex maiori voluptate concitatus, ex minore remissus quisq; mouetur. Modestior et quilibet, et ad fortitudinē exercitior pacatus mouetur. Ignauus cōtra, & ad temperantiam minimē exercitatus, maiores uehementioresq; mouendi permutationes agit. Cōmuniter aut seū cantu, siue aliter quis loquatur, quieto id corpore facere nequit. Quapropter verborū imitatio corporis figuris expressa, artem oēm saltatricē peperit. quae concinne nonnulli, alij inconcinne mouentur. Cūq; in alijs multis nominibus bene & secundum naturam positus laudanda antiquitas sit, in hoc quoque probanda est, quod saltationes cūctas moderatorum hoīum in rebus secundis temperate gaudentiū, rectē admodum musiceq; et secundum rōnem concinnitates, quisquis ille fuerit, nominauit: duasq; honestas saltationis cōstituit species. & belli quidem Pyrrhichen, pacis cōmode concinnitatem uocauit. Haec debet legislator figuris quibusdam exponere, custos aut quærere, & inuenta cū alia musica cōmungere, atque in solennibus sacrificijs distributa, singula singulis dedicare: & ita ordinata stabilire, ut nihil eorū postea nec in saltu, nec in cantu aliter fiat, sed in eisdē voluptatibus ciuitas eadem perseverans, ciuesq; ydem similes semper pro uiribus permanentes, bene beatēq; uiuant. Sed iam de honestis pulchrorū corporum, generosorumq; animorū choreis diximus. Deformiū verò corporū cogitationumq; motus, qui ad risum & comēdiam, uerbis, cantu, saltatione, oībusq; huiusmodi imitationibus spectant, considerare & cognoscere necesse est. Nam seria sine ridiculis, & oīno sine contrarijs contraria cognoscere quidē impossibile est, si quis prudens est futurus. Fieri aut ambo minimē possunt, si quo pacto uirtutis participes euasuri sumus. Sed haec huius gratia cognoscenda sunt: ne propter ignorantia ridiculum aliquid agatur aut dicatur, cū minimē oporteat. Serui igitur & peregrini precio conducti talia imitentur, studiū verò ipsis nullū adhibeatur. Nec adeo liber sit ciuis, seu vir, siue mulier, qui discere ista cernatur, sed noua semper in his appareat imitatio: atq; ita ad risum spectātes ludi qui comedia uocabulo appellantur, rōne ac lege dispositi sint. Tragedia verò poeta qui res, ut aiunt, serias narrant: si nos sic interrogēt: licetne, o amici, in regione ciuitatemq; uestrā nobis venire, poēmatq; nostra ad nos perferre? An aliter uobis de re tragica uisum est? quid ad haec diuinis uiris rectē nos respondebimus. Nā mihi quidē ita videtur,

Tragici.

Videtur. Nos Verò, ò viri optimi, tragœdia quàm pulcherrima & optima quoad fieri potest, sumus poetæ. Nempe uniuersa respub. nostra pulcherrima optimaq; uitæ imitatio est: quam rem nos certè tragœdiam verissimam arbitramur. poetæ ergo vos estis: poetæ quoq; eiusdem poematis ipsi sumus: et quasi amuli ad opus pulcherrimū tragœdiæ contendimus, quòd sola lex vera, ut speramus potest perficere. Verùm nolite credere facile à nobis admitti, ut scenas in foro constituatis, & clamorosos cōducatis histriones, qui alius quàm nos exclament, atq; ita ad liberos nostros, ad uxores, ad turbam vrbis omnem, de eisdem rebus non eadem quæ nos, sed contraria sepe concionemini. Insaniremus. n. & nos omnino & ciuitas oīs, si antequam magistratus viderint quæ composuistis, & dicenda ad populum & iudicauerint, admitteremini. Nunc igitur, ò viri optimi, mollium musarum alumni istos cantus vestros cum nostris apud principes comparauimus, & si quæ dicentur, eadem aut meliora nostris esse videbuntur, chorū vobis dabimus. Sin verò aliter, ò amici, nunquam dare poterimus. Hæc ita de omni chorea eiusq; doctrina legibus & moribus constituta sint, et seruorum quidem seorsum à dominorum officijs, si vobis quoq; videtur. C. L. Videtur certè. A. T. H. Sed liberis tres adhuc restant doctrinæ. Vna cōputatio numerorum. Altera longitudinis, latitudinis profunditatisq; mensura. Tertia circuitus astrorum notitia. Quæ oīa non exactè multi perdiscent, sed pauci quos ad finem progressi significabimus. Sic. n. decet. Multitudini verò quæ necessaria sunt, rectissimeq; dicuntur, turpe est nescire. Sed exquisitè cūctā perquirere, nec facile est, nec omnino possibile. Quod ex ipsis necessarium est, rejci non potest. Imò verò ad hoc ipsum respexisse videtur, qui pro uerbo primus ita de deo est locutus, quòd nec deus unquam cum necessitate pugnet. quod equidem de diuinis necessitatibus intelligendum arbitror. Nā si hoc de humanis necessitatibus dicatur, ad quas multi respicientes tale quid aiunt, longè oīum stultissima erit oratio. C. L. Quæ nam igitur hospes non humana, sed diuina doctrinarum necessitates sunt? A. T. H. Illas arbitror, quas qui non discit ullo modo nec experitur, nunquam hominibus deus fit, nec dæmō, nec heros, ut curam hominum studiose habere possit: longè èt aberit, ut homo diuinus fiat, si nec vñū, nec duo, nec tria, nec paria omnino atq; imparia potest cognoscere, si nec numerare nouit, nec dies et noctes dinumerare, nec solis ac lunæ caterorumq; astrorum lationes accipit. Quæ si quis necessaria neget homini pulcherrimarū doctrinarum quamlibet percepturo, stultissime cogitabit. Sed qualia horum singula sint, & quot, & quando discenda, & quid cum alio, & quid sine alijs solum, & quæ sit vniuersa istorum mixtura, rectè ante omnia est discendum. Deinde de his doctrinis ducibus ad alias gradiendū. Sic. n. natura necessitas ipsa obtinuit, quæ cū deo rū nullū dicimus aut pugnare nunc aut unquā pugnatu rū. C. L. Rectè hospes, ac secundum naturam quæ dicitur ita dici videntur. A. T. H. Sic se res habet, ò Clinia. Sed difficile est de his hoc ordine propositis leges ferre. Quare in aliā rēp̄si videtur dilata diligētius hæc legibus san ciemus. C. L. Videtis hospes nostrā de his rebus imperitiā formidare. Neq; id iniuria. Verū tamen exponere coneris. nihil hac de causa veritus. A. T. H. Formido equidē quod

dicit, sed multo magis eos perhorresco, qui has doctrinæ gustarunt quidem, sed male gustarunt. Non. n. graue admodum quiddam est, & durum rerū omnium imperitia, nec summū malum, sed multo perniciosius est, male comparata multarum rerum peritia atq; notitia. C. L. Vera loqueris. A. T. H. Oportet igitur liberos homines ea discere, quæ vñā cum literaturā magna puerorum turba in Aegypto perdiscent. Primum. n. computationis doctrina sic est pro ingenio puerili excogitata, ut cū ludo & uoluptate percipiatur: Pomorum coronarumq; pluribus paucioribusue distributio fit, iisdem competentibus numeris. Pugilum quoq; & luctatorum confessus, & consortij alterius & consequens ordo, ut fieri solet, digeritur. Phialas autem aureas, aeneas & argenteas, similesq; alias ludendo immiscens, vel totas alter alteri tradentes, necessarios, ut dixi, ludis numeros aptant, atq; ita vilitatem præbent discētib; ad exercitus ducendos, castrorum ordines, ad rempublicam disponendam, & ad reliqua omnia, vigilantioresq; ipsos reddunt. Deinde cū natura ignoratio turpis atq; ridenda de mensura longitudinis, latitudinis, et profunditatis omnes homines teneat, hæc eos procul abducunt. C. L. Quam igitur & qualem ignorantiam dicit? A. T. H. O' amicè Clinia, ego etiam cū aliquando audissem, sero tandem hanc nostram ignorantiam miratus sum, nec hominum, sed suum pecorumq; consideranti mihi visa est. Ideoq; non mea solummodo, verum etiam Græcorum omnium causā vehementer erubui. C. L. Dic planius hospes, quid hoc est. A. T. H. Dicam equidem. Imò verò interrogando aperiam. Responde quaeso. Longitudinem nosti? C. L. Quid nī? A. T. H. Quid latitudinem? C. L. Certè. A. T. H. An quòd hæc duo sunt, et profunditas tertium? C. L. Et hoc. A. T. H. Videntur tibi hæc omnia inuicem posse commensurari? C. L. Sanè. A. T. H. Longitudinem inquam ad longitudinem, & latitudinem ad latitudinem, & profunditatem similiter cōmensurari posse natura. C. L. Vehementer quidem. A. T. H. Quod si aliqua neq; vehementer, neq; remisse id possunt: sed alia possunt quidem, alia minimè: tu autem putas omnia posse, quomodo ad hæc es affectus? C. L. Male. A. T. H. Quid rursus longitudinem latitudinemq; & profunditatem, vel latitudinem longitudinemq; inuicem? nonne Græci omnes opinantur quodammodo posse commensurari? C. L. Omnino. A. T. H. Quòd si nullo pacto possunt, omnes autem Græci, ut dicebam, posse existimant, nonne par est nos omnium causā rubore commotos ad eos dicere, hoc vñū de illis est, ò Græcorum optimi, quæ ignorare quidem turpe esse dicebamus, nosse autem necessaria, non admodum præclarum. C. L. Cur non? A. T. H. Præterea alia quadam sunt his affinia, in quibus similiter erramus. C. L. Quæ nam? A. T. H. Quæ natura factum sit, ut alia inuicem commensurari possint quidem, alia verò non possint. hæc sanè cognoscere necessarium est, vel omnino inutilem esse illū qui ignorat. In his ergo animi causa trahere morā oportet. Senilis enim hic ludus multo incundior erit quàm talorum & tesserarū, liberoq; hoīe dignior. C. L. Quid nī? Multū. n. tessera hæc doctrinæ inter se distare videtur. A. T. H. Hæc ipse, ò Clinia, discēda iunioribus censeo. Nā nec noxia, neq; difficilia sunt, & ludendo percepta, proderunt ciuitati, oberunt autem nunquam. Attendendū est autē,

Quæ necessaria sunt, turpe est nescire.

Nunquam deus cū necessitate pugnet.

si quis alter dicat. CL. Quid ni. ATH. Si haec ita habere se videbuntur, probabimus utiq. Sin aliter, reprobabimus. CL. Ita certe. Nonne igitur hostes haec nobis tanquam necessaria doctrina modo sancienda sunt, ne inanis sic nobis legum tractatio? ATH. Sanciantur quidem, sed ea conditione, ut solui à reliquo disciplina civilis ordina possint, si forte nullo modo vel ponentibus nobis, vel vobis quibus posita fuerint, prolabantur. CL. Iusta haec est constitutio. ATH. Sed advertamus nunc utrum stellarum nobis doctrina placeat. CL. Dic modo. ATH. Mirum quid in his accidit, quod tolerari minimè potest. CL. Quid illud? ATH. Maximum deum, totumq. mundum dicimus inquirendum non esse, nec rerum causas multo studio indagandas. nec pium id ducimus: quum tamè contrarium videatur rectè fieri posse. CL. Quo pacto dicis? ATH. Nempe haec aliena quidem à senioribus doctrina videbitur: sed quum probam, veram, civitatisq. vitem ac deo ipsi amicam putem, silere non possum. CL. Consentanea loqueris. Sed nunquid circa stellarum doctrinam talem reperiemus? ATH. Mentimur nunc, o boni viri, de magnis dijs, sole dico ac luna, ut breviter dicam, Graeciomnes. CL. Qua ratione mentimur? ATH. Solem ac lunam nunquam iter idem facere opinamur, & alias quasdam cum his stellis errare dicimus, quas planetas vocamus. CL. Per Iovem hostes verum est, quod dicis. Sape namq. ipse oculis vidi Luciferum & Hesperum & alias quasdam nunquam eundem facere cursum: sed omnino errare: solem autem ac lunam errare semper, oēs cognovimus. ATH. Haec, o Megille, & Clinta sunt, quae iunioribus civibusq. nostris de dijs caelestibus usque adeo discenda censeo, ut in eos prophanum nihil loquatur, sed sacrificando pieq. votendo laudibus semper honorent. CL. Rectum quidem hoc: si modo possibile primum est, quod dicis perdiscere: deinde etiam si minus rectè de his nunc loquimur. postquam verò didicerimus, rectè loquimur. si inquam ita est, ego quoque talem doctrinam eatenus discendam esse concedo. Haec igitur ita se habere, conare tu quidem diligenter exponere: nos verò audiemus atq. discemus. ATH. Non est facile, quod dico, percipere, nec rursus oīno difficile: nec longo ut discutiatur, indiget tempore. Cuius signū est, quod ipse nec nuper nec iam olim audivi, & nunc brevi tempore significare vobis possum. Quae tamen si difficilia penitus essent, nec ego declarare, nec vos percipere hac aetate possētis. CL. Vera dicis. sed quae nam haec est doctrina, quam mirabile esse dicis, & iunioribus necessariam, nobisq. ignotā? Conare apertissime istud ostendere. ATH. Conabor equidē. Non est, o viri optimi, vera haec de sole & luna ceterisq. stellis opinio, quod inquam pererrent, sed contra se res hēt. Eandem n. quoduis illorum viam non multas circumcūendo peragit, quāuis videatur per multas ferri. Quod verò in eis velocissimū est, non rectè tardissimū, & contra contrariū indicamus. Peccareq. ita opinantes patet. Nam si in olympico ludo, cursu certantes spectaremus, et velocissimū tardissimè, tardissimū velocissimè currere predicaremus: laudibusq. vicisse victū caneremus: non placeret, ut arbitror, laudes nostrae cursoribus. Nūc verò cū de dijs similiter peccemus, nonne ridiculi sumus, similiterq. aberramus à recto? CL. Ridiculi quidem. ATH. Nulloq. pacto accepti deo, dū falsa de ipsis canimus. CL.

Sol & luna
magis dij.

Si haec ita se habent, vera dicis. ATH. Atqui si ita habere se ostenderit, discenda usque adeo haec oīa. Sin minimè, dimittenda: nobisq. ita de his cōcessum sit. CL. Prorsus. ATH. Sed instituta iam de doctrinarum disciplina finē habeant. De venatu autē similiter iudicandum, ac de huiusmodi omnibus. Videtur enim legum latoris officium non solum hoc esse, ut leges conscribat, sed etiā ut medio utatur illo, quod inter admonitionem est & leges, quo & nos sapius vsi sumus, praesertim cum de educatione infantium loqueremur. Nam in hac re multa esse diximus, quae non ita dici possunt, ut leges de ipsis ponantur, idq. tentare demētis esse. Ita verò conscriptis legibus & repub. constituta, nō est praestantis virtute civis perfecta laus, quae dicitur eū bonum esse civem, qui legibus quā optime ministravit, & quā maxime paruit: sed perfectior illa est, eū esse talem, qui legum latoris, leges ferentis & laudatis vituperantisq. scriptis oīno per totam vitam paruit. Haec civis praecipua laus est. Nempe oportet, ut legis conditor leges non solum conscribat, sed etiā declarationem quandam his adiungat, quae qua honesta turpidae sibi videtur, significet. Civem quoque summū oportet nō minus haec quam quae multa imposita à legibus madata fuerint observare. Ad hoc verò re, quae de agitur, quasi testem adducimus. Magis n. quod volumus, aperit. Venatus enim res latior est, nōne uno cōprehensa. Alius aquaticorum, alius volatiliū, alius pedestrium, nec ferarum solū, verum etiam hōium, horumq. non bellicus tantūmodo, verum etiam qui per amicitia: & alius quidem laudem, alius vituperationē habet. Rapina quoq. latronū, castrorumq. Venatus sunt. Quāobrem qui de venatu leges est cōditurus, nec ista praetirare pot, neq. singulis ordine certo atq. multa, minaces leges imponere. Quid ergo de his faciendū est? Oportet ut legislator quae in venatione laudanda sunt, laudet: quae contra, vituperet, ad inuentutis exercitationē. Iuvenes autē cūm audierint, ita parere debent, ut nec labore nec voluptates renocati aliter faciant quā legislator consuluit. Imò verò magis honorent, quae cūm laude dicta & exortando proposita sunt, quā quae minaci & vindice lege firmata. His itaq. propositis congrua deinceps laus & vituperatio venationis conscribi potest: ut quae meliores animos iuvenū facit, laudetur, quae contra, vituperetur. Dicamus igitur deinceps ad eos sic, praecipuis interpositis. Utinam vos, o charissimi, nunquam mariae uenationis hamiq. cupiditas capiat, nec oīno aquaticorum animalium die siue etiam nocte per otiosam venatione sagena capiendorū, nec piratica amor, per maria Venatores hōium iniquos atq. atroces vos faciat. Furti verò latrocinijq. cupiditas in vrbe, vel regione committendi nec in mente quidē veniat vestram nec volatiliū iucunda Venatio servilis magis quā libera, pedestrium ergo Venatio vobis sola relinquitur, sed nec dormientiū quae vicibus quibusdā interpositis fit, nocturnaq. vocatur, et otiosorum hominum est, laude digno habetur. neq. etiā quae in laboris remissione fit, & retibus laqueisq. non constātis animi viribus ferarum domat atrocitatem. Sola ergo quadrupedum uenatio illa restat omnibus optima, quae equis canibus, corporis viribus agitur. Nam quibuscūque divina cure est fortitudo, ij quadrupedes omnes cursu, vulneribus telisq. manu propria venando vincere debent.

De uenatione.

Lex Venaticorum.

debent. Sed laus vituperatioq; venandi ita distincta sit. Lex autem ista. Sacros quidem hos venatores ybicung venari velint, nemo prohibeat. Venatorem nocturnum retibus & canibus suis fidem nemo vspiam sinat venari. Auceps per incultos agros montesq; vagari permittatur. A cultis locis, sacrisq; incultis a quocunq; pellatur. Piscator nec in portibus, nec sacris fluvijs, paludibus, stagnisq; venetur: in alijs liceat. dummodo scorum non utatur permixtione. Sed iam institutiones de disciplina finem habeant. c. l. Praclare loqueris.

DIALOGVS OCTAVVS VVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM- LATIONE.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



VAE modo de praecipuo singulariq; viuis Dei cultu ex multis Platonis nostri testimonijs asseruimus, possumus praeterea per Phaedrum, Gorgiam, Protagoram, Politicum, Critiam, quartum legum absque controuersia consirmare. In his enim vniuersam deorum, vt ita dixerim, synagoram, vnico subdit regi, prout vult singulis imperanti: aliaq; alijs officia iusto dispensanti: & humana per illos ordine dispensanti: non quasi absente hinc illo, sed vt apparet in quarto legum, potius ita volente. Iubet itaque Plato primum quidem deum propter se adorari: Sequentes vero qui participes eius dii quoque dicuntur, amari tanquam illi similiores. Honorari etiam vt vicarios, imo & aduocari quasi conciliatores, au diri etiam vt diuinę mentis interpretes. Exaudiri denique eum maiestatis diuine praecones. Iubet & templa condi in vrbe: & vrbe ipsam quasi adem sacram in partes distribuit duodecim. Quemadmodum & deus templum sibi ipse construxit, mundum duodecim sphaerarum choris ornatum: Sacerdotibus quoque munitum, id est, spiritibus praeeditis ratione, deum vbiq; laudantibus. Diuinum vero id templum Plato pro viribus imitans, & multos in suis templis admittit deos, quemadmodum deus ipse multos admittit in suo: & varia disponit simulacra: sicut & deus stellas locauit in celo: quasi suorum statuas angelorum. Praeterea inter multas multorum aras altare primum consecrat primo, quemadmodum stellas inter peculiarem sibi statuam deus elegit solem, vt in Republica Plato inquit. De quo forte dictum videri possit. In sole posuit tabernaculum suum. De sacrificijs autem statusq; diligentius alibi pertractabitur: verum vt in praesentia summam dicam, primum deum vt potest materiae aut similibus naturae nihil habentem, vnica vult mente coli. Sequentibus vero numinibus hostias & sacrificia qua ratione lex patria iubet, adhiberi permittit. Hinc theologi gentium in numinum celestium igneorumq; sacris, figuras & lumina multa: ad visum spectantia inferebant. In sacris autem aereorum, muscos quoque concentus, & odores vaporesq; addebant. At in sacrificijs aequorum atque terrestrium, vs insuper qua ad gustum & soliditatem attinent, utebantur. Quamobrem nemini mirum videri debet, Platonem philosophum adeo grauem leges suas, oēs quidem, praecipue vero sacras, non nisi consultis oraculis promulgare. Principio videbatur temporibus indulgendum. Necessarium quidem erat humana diuino quodam consilio & autoritate firmare. Impossibile vero ea tepestate eos homines ita natos, & ita educatos, ratione vlla a consuetis alienissima in diuina reuerentia conseruare. Deinde Plato prudentissimus iudicabat: & si possent impuri spiritus homines per oracula fallere, sepe tamen abstractus ob diuinam reuerentiam a corpore mentes, quasi iam puras a puris subito numinibus corripit: & quemadmodum ligna quae casu exiccauit ventus, sepe mox natura ignis accendit, similiter posse animos ex religioso quodam ritu, quāuis apud sapientes minus probato, per sanctos occultis modis meliori numine corripit: vt qui nescientes quo in mentem ipsam seorsum attendendum Plato vult, quo ritu colas diuina, quam cuius gratia colas. Si enim id summi omnium regis gratia aeternorumq; bonorum desiderio feceris, probabile est vndeunque & quomodocumque cepe

ris, te quandoque per eiusmodi venerationem ad summum proprius accedentem, vel immenso illius lume circūfundi, vel exuberanti saltem bonitate seruari. Quapropter eiusmodi Plato fiducia fretus, de faciendis legibus sacrificijsq; oracula contulit, praecipitq; quotidie aliquē ex magistratibus sacra publice facere: pro salute patriae primum, deinde pro sua atque suorum. Et certo quodam ordine post iuuenilis etatis rudimenta in septimo tradita, mox in octauo ad sacra descendit: vt potest qui intelligi vult homines ob id ipsum recte a primis annis institui, vt ritē interesse sacris & velint pariter atque possint. Si quis autē vel cauillator, vel meticulosus tot dijs demonibusq; in ciuitate Platonica interesse formidat: huic pariter adire licet vrbe Peripateticam, non demonum deorumq; tantum, sed dei etiam vacuam. Sed profecto operae precium est superstitioso supercilio, stomachoq; posito ex omnibus eligere potiora, pietatemq; probare Platoniam, neq; exigere Christianum fuisse illum quem solum temporis interuallum prohibuit esse Christianum. Prima quidem sacra sunt duodecim, in mensium Calendis. Secunda quoque duodecim, in medijs mensibus. Tertia sunt tercentum & sexaginta quinq; scilicet quotidiana. Fiunt autem praecipua dijs celestibus, terrestribus vero media scilicet dijs sub luna regentibus. Omne enim sub celo terrestres appellat. Inferiora demonibus. Infima heroibus. Oportere vero putat sacra his omnibus duodecim distingui generibus. Siquidē secundum sphaerarum signorumq; duo denarium, etiam in qualibet sphaera demones, heroesq; duo denario distinguantur. Commemorationem vero solemnium, earumq; distinctionem quotannis declarari populo iubet mense vltimo: quem more communi accipimus Februarium. Praecipue vero Platonico more mensē ante aestiuum solstitium. Vltimum mensē meritō Platonis dicant. Est enim Pluto prouidentia proprie & separans animas & iudicans separatas. Inquit autem coniunctionem cum corpore animae non esse meliorem separationem. Intelligit de corpore caduco, & quatenus caducum est non de celesti, vel celo simili: quali corpori coniungi praestat. huic autem quatenus caducum est, non praestat. Ac si operae precium esse dicatur huic quoque coniungi: non propter hoc ipsum proprie, sed alterius finis gratia id dicendum. De his autē in Theologia diffusius. Sed nunquid demonibus etiam impurius Platonici litant? Non nulli his insuper, partim quia naturalibus praesint officijs, partim vero ne inuidia noceant. Plato vero id nequaquam concesserit. Quippe cum purganda mentis gratia primiq; dei veneratione duntaxat sacra iubeat facere. Affermat autem ciuitatem legibus consilio diuino videntem fore felicem. Addit ad felicem tum cuius tum ciuitatis ritē id maxime pertinere, vt nec alijs iniuriam inferat, neque afficiatur iniuria. Vtrunq; vero virtute consequi posse. Ac ne ciuitas afficiatur iniurijs, statuit sacrificia, in quibus & diuinum auxilium impetretur, & ludi quidam solemnes festiuiq; frequententur, bellae pugnas quāmaximē imitantes. Quibus exerceri vult ad pugnam tam feminas quā mares: & in singulis quidem tam sinistram manum quā dextram: vt & ciuitas ex vtroque sexu eque vtili integra sit: & quilibet ex vtraque manu pariter utili, sit integerrimus. Inter haec notabis quā detestetur auaritiam, ob id maxime ciuitati noxiam, quod proprijs vilibusq; lucris occupatos animos a publicae salutis cura detorqueat. Notabis iterum quanta cautione Musicam, choreas, poesiūq; in sacris bellicisq; ludis admittat. Deinde solum illud imperium legitimum esse pariter atque tutum, in quo volens volentibus imperat. At quoniam in iuuenilium ludorum catibus sepe amores incidunt, & q̄ quidem turpissimi, idcirco his diligentissime praecipit occurrendum, quamuis ex parte iam occurrerit, vbi aurum & argentū ciuibus sustulit, & in laboribus assiduis educavit, & oculis iudicum mores vbiq; circūspicientium subiecit assidue oēs, maxime iuuentutem. Quae quidem tria esse remedia cēt aduersus lasciuia & petulantia morbum admodum salutaria. Occurrit & quarto quodam praesenti remedio: vt videlicet ab auidioribus legū magistratibus sama quotidie divulgetur, per quam cuncti cōmuni consensu consuecant existimare, concubitus contra naturam, non minus turpes esse, nec minori apud deum odio haberi, quā concubitus inter filios & parentes. Putat vero Plato cōmunis sane consensum miram ad mores habere potentiam. In his audies feliciter eum viuere, qui superat voluptatem: infeliciter qui superatur. Audies & praecipit ad abinentiam maxime salutare, a Paulo apostolo summo opere comprobatum: vt si athletae corpore victorie studio voluptatibus abstinent, multo magis omnes gratia victorie ad animum pertinentis debeant similiter abstinere. Praeterea geminam esse benevolentiam: alteram quidem morum similitudine: alteram vero ex quadam indigentia procreatam. Et vtrāque cum sit vehementior, amorem cognominari. Amorem quoque quātum ad propositum spectat triplicem. Aut enim pulchritudinem animi, aut corporis tantum, aut vtriusque simul amari. In his consi-